

www.e-rara.ch

**Psalterium Cum Canticis versibus prisco more distinctum Argumentis Et
Orationibus Vetustis, novâque litterali explanatione brevissimâ
dilucidatum**

Tomasi, Giuseppe Maria

Einsiedeln, Anno Dñi M.DCC.XXVII

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRg 63

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-50321>

Cantica quae psallit ecclesia Romana [...].

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CANTICA

* QUÆ PSALLIT

ECCLESIA ROMANA

*secundum utramque Editionem**& Veterem ex LXX. Interpretibus,**& Vulgatam ex B. Hieronymo Presbytero.** Regula S.
Benedicti cap.
12.

CANTICVM MOTSI

IN EXODO.

HRabanus
Maurus Ar-
chiepiscopus
Moguntinus.

Multa quidem Cantica fieri legimus in Scripturis divinis: horum tamen omnium primum istud est Canticum; quod Aegyptijs & Pharaone submerso, populus Dei post victoriam cecinit. Moris quippe Sanctorum est; ubi adversarius vincitur; tanquam qui sciant non sua virtute, sed Dei gratia victoriam partam; hymnum Deo gratulationis offerre. Accipiunt tamen hymnum cantantes, etiam tympana in manibus; sicut de Maria sorore Moysi & Aaron refertur. Et tu ergo si mare Rubrum transieris; si Aegyptios submergi videris, & extingui Pharaonem; atque in abyssi profundum precipitari: potes Hymnum cantare Deo; potes vocem gratulationis emitte- re & dicere: Cantemus Domino: gloriose enim honorificatus est: equum & ascensorem projecit in mare. Melius autem & dignius hac dicitis, si habueris tympanum in manu tua, id est, si carnem tuam crucifixeris cum vitijs & concupiscentijs; & si mortificaveris membra tua, quae sunt supra terram.

Feria V. ad
Matutinum.

Propheta,
Ex Psalterio
Romano.

CANTEMUS DOMINO, GLORIOSE
ENIM HONORIFICATUS EST:

equum & ascensorem projecit in mare.

† Adjuutor & protector:

† factus est mihi in salutem.

† Hic Deus meus; & honorificabo eum.

† Deus patris mei; & exaltabo eum.

† Dominus conterens bella:

Emanuel, Sâ.

a CANTEMUS, sic etiam Chald. & LXX. at Hebr. *Cantabo.*
b DOMINO, id est ad Domini laudem. c MAGNIFICATUS

CAN-

CANTICVM MOTSI

IN EXODO.

Cornelius
Janfenius
Episcopus
Gandavensis.

Educto per medium maris Rubri Israelitico populo, Aegyptiisque in eodem mari submersis; editum a se hoc praesens carmen Moyses cum filiis Israel; ac seorsim Maria prophetissa cum mulieribus, Domino concinerunt; ut scribitur Exodi 15 cap. In quo primum quidem Moyses praemissa ad canendum Deo adhortatione, & exsultatione in Deo; decantat admirabilem illam populi Israelitici liberationem; & ex adverso persequentium Aegyptiorum interitum. Deinde vero, tunc adhuc futuram, in terram promissionis introductionem partim orat, partim prophetat: idque nunc per verba futuri temporis, nunc per verba praeteriti temporis: sic de futuris adhuc loquens Prophetico more; quasi jam praeterita forent. Cum autem & eductio Israelis de Aegypto per mare Rubrum, figura fuerit, teste Paulo, liberationis nostrae de potestate diaboli per sanguinem ac baptismum Christi; & introductio ejusdem populi in terram promissam, typus fuerit ejus quem exspectamus, in regionem caelestem introitus: oportet secundum allegoricum sensum, Canticum hoc accipere ut vocem Ecclesiae Christianae; sic de liberatione obtenta per sanguinem Christi, & extensionem manuum ejus in cruce, gloriantis in Deo; ut & promissam caelestis regni hereditatem assequi confidenter tum sibi promittat, tum oret. Sunt enim & in hoc Canticum qua perfectae & vere non nisi Ecclesiae Christianae conveniunt: ut qua dicuntur de habitaculo Dei firmissimo & monte hereditatis ejus.

Feria V. ad
Matutinum.

Propheta.

a b c

a **C**ANTEMUS b DOMINO, GLORIOSE
c ENIM c MAGNIFICATUS EST:

equum & ascensorem dejecit in mare.

† Fortitudo mea & laus mea Dominus;

& factus est mihi in salutem.

† Ille Deus meus; & glorificabo eum:

Deus patris mei; & exaltabo eum.

† Dominus quasi vir pugnator:

EST, id est magnum se ostendit. Hebr. Magnificando magnificatus est, seu, gloriosè glorificatus est.

Domi-

Dóminus nomen est ei.

† Currus Pharaónis, & exercitum ejus projecit in mare.

† electos ascensores ternos stantes, demersit in Rubrum mare.

† pelagus cooperuit eos: devenérunt in profundum tamquam lapis.

† Dextera tua Domine glorificata est in virtute:

dextera manus tua Domine confrégit inimicos.

† & per multitudinem majestatis tuæ contrivisti adversarios.

† Misisti iram tuam; & comedit eos tamquam stipulam:

& per spiritum iracundiæ tuæ divisa est aqua.

† gelaverunt tamquam murus aquæ: gelaverunt fluctus in medio maris.

† Dixit inimicus: *Persequens comprehendam; partibor spolia; replébo animam meam: interficiam gladio meo: dominabitur manus mea.*

† Misisti spiritum tuum; & cooperuit eos mare: merserunt tamquam plumbum in aquam validissimam.

† Quis similis tibi in dijs Domine? quis similis tibi, gloriosus in sanctis, mirabilis in majestatibus, faciens prodigia?

† Extendisti dexteram tuam; & devoravit eos terra. Gubernasti justitiâ tuâ populum tuum hunc quem liberasti:

d OMNIPOTENS, Hebr. *Iehova*: quod *Dominus* solet verti, cum potius significet illum *Qui est*. LXX. *Dominus*. e MAGNIFICATA EST IN FORTITUDINE, id est ex fortiter actis ostensa magna. f DEPOSUISTI. Alij *Diruisti*. Chal. *Confrégisti*. g SPIRITU FURORIS, id est furore, vel vento à furore, id est ira vehementi emisso. h CONGREGATÆ, scilicet contra *Aegyptios*. i STE-
d Omni

d

^d Omnipotens, nomen ejus.

Currus Pharaonis & exercitum ejus projecit in mare.

† electi principes ejus submersi sunt in mari Rubro:

abyssi operuerunt eos:

descenderunt in profundum quasi lapis.

e

† Dextera tua Domine ^e magnificata est in fortitudine:

dextera tua Domine percussit inimicum.

f

& in multitudine gloriae tuae ^f deposuisti adversarios tuos.

† Misisti iram tuam; quae devoravit eos sicut stipulam:

g h

& in ^g spiritu furoris tui ^h congregatae sunt aquae.

i

† i stetit unda fluens:

congregatae sunt abyssi in medio mari.

k

† Dixit inimicus: *Persequar & comprehendam: dividam spolia; k implebitur anima mea.*† *evaginabo gladium meum:**interficiet eos manus mea.*

l

† Flavuit ^l spiritus tuus; & operuit eos mare:

submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

m

† Quis similis tui ^m in fortibus Domine?quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis ⁿ atque laudabilis, faciens mirabilia?

n

† Extendisti manum tuam:

o

& devoravit eos ^o terra.Dux fuisti in misericordia tua ^o populo quem redemisti:

TIT, &c. Hebr. *Steterunt aquae sicut acervus.* k IMPLEBITUR, scilicet voluptate, quasi dicat, capiam ex eorum nece voluptatem. l SPIRITUS TUUS, id est ventus a te missus. m IN FORTIBUS, LXX. & alij. *In dijs.* n ATQUE LAUDABILIS, Hebr. *laudibus.* o TERRA, scilicet demersi in profundum. Augustinus tamen in Exodum quaestione 54. *Terram*, id est aquam interpretatur: dividi-

- † exhortátus es in virtúte tua,
& in refectióne sanctâ tuâ.
- † Audiérunt gentes & iratæ sunt:
dolores comprehendérunt inhabitantes Philisthiim.
- † tunc festinavérunt duces Edóm & príncipes Moabitárum:
apprehéndit eos timor.
- † tabuérunt omnes inhabitantes Chanaán.
Décidat super eos timor & tremor magnitudinis brachij tui.
- † fiant tamquam lapis donec transeat populus tuus Domine:
usquedùm pertranseat pópulus tuus hic, quem acquisisti.
- † Induc & planta eos in montem hereditátis tuæ,
in præparato habitáculo tuo, quod præparásti Domine,
- † sanctimónium tuum Domine, quod præparaverunt manus tuæ Domine,
qui regnas in æternum & in sæculum & adhuc.
- † Quia introívit equitatus Pharaónis cùm quadrigis & ascensóribus in mare;
& indúxit super eos Dominus aquas maris.
- † filij autem Israél ambulavérunt per siccum per medium mare.

* Cod. vetustissimus Vatican. olim Reginae Suediæ.

* *Sumpsit autem Maria Prophetis soror Aaron tympanum in manu sua: & exierunt postea omnes mulieres cum tympanis & choris. Præcedebat autem eas Maria dicens. Cantemus Domino, gloriosè enim honorificatus est: equum & ascensorem projecit in mare.*

tur enim (inquit) mundus in cælum & terram: sic & Deus dicitur cælum & terram fecisse. p PORTASTI, pro, portabis, id est, deduces. q HABITACULUM, scilicet tabernaculum, vel templum. r ASCENDERUNT, &c. Præterita pro Futuris, quasi dicat tentabunt resistere. Hebr. *Audierunt*, pro, audient. s IRATI, id est in-

& p por-

† & p portásti cum in fortitúdi-
ne tua
ad g habitáculum sanctum tuum.

† Ascendérunt pópuli & irati sunt:
dolóres obtinuérunt habitatóres Philisthiím.

† tunc conturbáti sunt príncipes Edóm:
robústos Moáb obtínuit tremor:
obriguérunt omnes habitatóres Chanaán.

† Irruat super eos formído & pavor,
in magnitúdi-
ne brachij tui.
fiant immóbiles quasi lapis,
donec pertránseat pópulus tuus Domine;
donec pertránseat pópulus tuus iste quem possedí-
sti.

† Introduces eos, & plantábis in monte hereditátis
tuæ,
firmíssimo habitáculo tuo, quod operatus es Do-
mine,

† sanctuárium tuum Domine, quod t firmavérunt
manus tuæ.

Domínus regnábít u in æternum & ultra.

† Ingressus est enim x eques Pharaó cum cúrribus &
equítibus ejus in mare:
& reduxit super eos Domínus aquas ma-
ris.

† filij autem Israél ambulavérunt per siccum
in medio ejus.

*Sumpsit ergo Maria Prophetissa soror Aarón tympanum
in manu sua: egressaque sunt omnes mulieres post
eam cum tympanis & choris. Quibus pracinébat di-
cens.*

Cantémus Domino, gloriosè enim magnifica-
tus est:

equum & ascensorem ejus dejecit y in mare.

dignati. t FIRMAVERUNT, pro firmabunt, Chald. & LXX.
Paraverunt. u IN ÆTERNUM ET ULTRA, id est per totum
sæculum præsens, & per futurum. Hebr. In sæculum & in æternum.
x EQUES, legendum equus, id est equitatus, seu equi. y IN MA-
RE, intellige cantasse etiam reliqua Cantici.

Sacramen-
tarium Gelasia-
num.

1 **D**Eus, qui primis temporibus impléta miracula Novi Testaménti luce reserásti, quòd mare Rubrum, forma sacri Fontis exsisteret; & liberáta plebs ab Ægyptiá servitúte, Christiani populi sacramenta præferret: da ut omnes Gentes, Israëlís privilegium merito Fidei consecutæ, Spiritús tui participatione regenerentur. Per Dominum &c. in unitate ejuldem Spiritus Sancti &c.

Sacr. Gelasia-
num.

2 **D**Eus, cujus antiqua miracula etiam nostris sæculis coruscare sentimus, dum quod uni populo, à persecutione Ægyptiá liberando, dexteræ tuæ potentiá contulisti; id in salutem Gentium per aquam regenerationis operaris: præsta, ut & in Abrahamæ filios & in Israëliticam dignitatem, totius Mundi transeat plenitudo. Per Dominum.

Sacr. Grego-
rianum.

3 **D**Eus, cujus antiqua miracula in præsentí quoque sæculo coruscare sentimus: præsta, quæsumus, ut sicut priorem populum ab Ægyptiis liberasti; hoc ad salutem Gentium per aquas Baptismatis opereris. Per Dominum nostrum Jesum.

Brev. Ambro-
sianum die
Dominico.

4 **D**Eus, qui populum tuum ex Ægypto tenebrarum, diris operibus aggravatum, Moysè famulo tuo duce liberare dignatus es: nos quoque famulos tuos de hujus sæculi caligine liberatos, promissam Patribus Requiem introire permittas. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat unà cum Sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

MSS.

5 **I**neffabile robur Trinitas Deus, qui sperantes in te ab hostibus tutare solitus es: concede propitius, ut qui semel in sacro Baptismate crimina nostra cum Pharaone demersimus, ad ea ulterius non revertamur; sed te in preparato habitaculo Ecclesiæ tuæ jugiter glorificemus. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Brev. Moza-
rab,
fol. 235.

6 **A**Djutor & protector noster Domine, tuam quæsumus ad salvandos nos oppóne potentiam:

tiam: tu es enim Deus noster, qui honorificaris ex debito; & exaltaris ex merito: quique dum cónteris bella, nomen quod tibi solum est, in virtutibus pandis, vel in mirabilibus innotescis; projice currus Pharaonis & exercitum ejus in mari: ut qui terga sequuntur nostra, ipso impetu, quo nos persequuntur, mergantur. Nos quoque ne cum eis immergas (in) profundum aut pelagum patefactum. *Rz. Amen. Per misericordiam tuam Deus &c.*

fol. 226.

7 **R**epelle à nobis Domine mortiferam perniciem impij Pharaonis: ut comminuto jugo servitutis Ægyptiæ, serviamus tibi in gaudio libertatis æternæ. *Rz. Amen. Per misericordiam tuam &c.*

fol. 228.

8 **L**ætatur ecce, Domine, Jerusalem fidelis in victoria crucis & potentia Salvatoris: fac ergo ut & diligentes eam, in ejus pace consistant; & recedentes ab ea, ad ejus amplexum quandoque perveniant: ut abluti luctu, de resurrectionis æternæ gaudijs recreati, in ejus pace mereamur sine fine constitui. *Rz. Amen. Per misericordiam tuam &c.*

fol. 233.

9 **G**lorificetur dextera tua Domine; quæ inimicos animæ nostræ vitæque confringat; & per multitudinem majestatis tuæ adhuc conterat: & * terrenos constructores cogitationum malarum sermonumque * demergat. *Rz. Amen. Per misericordiam tuam &c.*

* leg. ternos
factores.* adde, & operum. Vide
Origenemhom. 6 in E-
xodum.
fol. 234.

10 **M**emorare Domine quemadmodum liberaisti patres nostros, dum persequerentur illos inimici; exaltasti dexteram tuam in adversarios eorum: tu enim es Deus noster: qui & honorificaris ex debito; & exaltaris ex merito. Da ergo nobis, ut nos, qui per hujus sæculi pelagum ambulamus, nullis undarum mundialium tursionibus frangamur. *Rz. Amen. Per misericordiam tuam &c.*

fol. 224.

11 **C**antabimus tibi Domine; & cum omni laude cantabimus: quia equum & ascensorem projecisti in mare: ita diabolum cum exercitibus suis suffocés eadem virtute. Quis similis tibi in dijs Domine? quis similis tibi? gloriosus in sanctis, mirabilis in majestatibus, faciens prodigia cunctis gentibus & populis prædicanda. *Rz. Amen. Per &c.*

* CANTICUM DEUTERONOMIJ.

HRabanus
Maurus Ar-
chiepiscopus
Moguntinus.

*Legitur in Deuteronomio, quòd Moyses, postquam conscripsit verba Legis in volumine atque complevit; locutus sit, audiente universo cœtu Israel, verba carminis hujus; & ad finem usque compleverit. Unde conijci datur Carmen istud, quod in testimonium filijs Israel Moyses decantavit; non simplicem tantummodo historiam sonare; sed spiritali intelligentia plenissimum esse. Partim enim secundum historiam, Israelitarum pro beneficijs opulentissime sibi à Domino collatis, exprobrat perfidiam: partim per allegoriam, de mysterijs celestibus sanctam Dei instruit Ecclesiam: partim autem ad honestatem morum unumquemque fidelium provocat per tropologiam. Unde sobrium lectorem decet; ut in Historia, servet Scriptura veritatem; in Allegoria verò, consideret mysteriorum celestium rationem; & in Tropologia, benarum disciplinarum ediscat utilitatem: quatenus tripartita hac distinctione edoctus; ad illam celestem theoriam, hoc est, ad inspectionem secretarum verum, & ad contemplationis divinæ provebatur sublimitatem. Nec non & illud diligenter inspiciendum est, quòd dicitur loqui Moyses verba carminis, & ad finem usque compleste: si forte hoc admoneat; ut qui ore Deum laudare studet, operibus non contradicat: non est enim pulchra laudatio in ore peccatoris. Ideo ipse Dominus in Evangelio ait: * Qui solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines; minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit, & docuerit; hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Principium autem hujus carminis tale est.*

*Matth. v. 19.

*Eccli. xv. 9.

Sabbato ad
Matutinum.

Ex Psalterio
Romano edit.
Ann. 1593. &
1663.
Propheta.

ATTENDE CÆLUM, ET LOQUAR:

audiat terra verba ex ore meo:

† exspectetur sicut pluvia eloquium meum:

& descendant sicut ros verba mea;

† sicut imber super gramen;

& sicut nix super tœnum:

quia nomen Domini invocábo.

† Date magnitudinem Deo nostro.

Deus, vera ópera ejus:

Emanul Sà.

a AUDITE, scilicet ut testes sitis, b CAELI, id est cœli incolæ,
c TERRA, id est homines, d UT PLUVIA, id est more pluviae, quasi

* CAN-

Deuteron.
XXXII.
* Ita cod. Vat.
98. & 5729.

Cornelius
Jansenius E-
piscopus Gau-
davenfis.

*CANTICUM MOYSI
AD FILIOS ISRAEL.

Mortis proximus Moyses, praevidens ex Dei revelatione futuram post mortem suam, Israelis à vero Deo defectionem; & mala ob eam à Deo illis inferenda; ex ejusdem praecepto Canticum, quod habetur Deuteronomij 32 conscripsit: & docuit filios Israel, ut esset illis futuris temporibus in testimonium propria iniquitatis, & justitia divina. In hoc itaque primum calis & terra in testes advocatis, ac Dei perfectione commendata, statim ad increpationem perversa generationis convertitur; in memoriam illi revocans singularia & varia Dei beneficia illi exhibita: post qua tamen delicijs dissoluti filij Israel, derelicto Deo suo, ad alienos falsosque deos defecerunt. Propter quod Deo eis irato, suaque protectione ipsos destituente; varijs malis traditos esse canit: promittens tamen etiam subsequituram Dei erga ipsos misericordiam; & de hostibus eorum sumendam vindictam: ubi calamitatibus suis admoniti, ad Deum conversi fuerint. Canuntur autem hic pleraque per praeiteritum, qua eo tempore quo Canticum hoc scribebatur, adhuc futura erant: nam cum Dominus Canticum istud vellet Israelitis esse pro testimonio, quod illis responderet, postquam propter peccata invenissent eos mala multa & afflictiones; necesse erat ea qua futura erant, quasi jam peracta essent describere. Aperte autem dicit Paulus ex hoc Cantico ad Romanos decimo capite citat. Ego ad emulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem: in iram vos mittam. Pro quo hic legimus: Ego provocabo eos &c. Quamquam enim istud in Judaeis frequenter & ante Christi adventum adimpletum sit; cum propter idololatria crimen coacti sunt servire & subesse diversis Gentibus: maxime tamen in eis tunc impletum est; quando propter incredulitatem eorum, Gentes apud Deum praelatae sunt: cujus ipsi prius soli reputabantur populus. In ejusdem quoque Epistola capite 15. illud ex hoc Cantico secundum translationem Septuaginta citat: Laetamini Gentes cum plebe ejus: pro quo nos legimus: Laudate Gentes populum ejus. Nimirum quod in verbis illis Cantici, quibus in fine promittitur ad litteram liberatio populi Dei à violentia hostium suorum; intelligeret in mystico sensu promitti liberationem futuram per Christum, Gentibus cum Israelitico populo communem.

Sabbato ad
Matutinum.

Propheta.

a b
c
d
e

AUDITE **b** CÆLI QUÆ LOQUOR:

- audiat **c** terra verba oris mei:
† concreſcat **d** ut pluvia doctrina mea:
fluat ut **e** ros eloquium meum;
† quasi imber super herbam;
& quasi stillæ super gramina:
quia nomen Domini invocabo.
† Date **f** magnificentiam Deo nostro.
Dei perfecta sunt opera;

dicat, corda auditorum irriget & fecundet. Hebr. Stillabit, ut pluvia. LXX. Expectetur ut pluvia. Chald. Suavis sit ut pluvia, **e** ROS, scilicet, qui terram fecundare solet. **f** MAGNIFI-
& om.

- & omnes viæ ejus, judícia.
- † Deus fidélis; & non est iniquitas in eo:
justus & sanctus Dominus.
- † Peccavérunt non ei filij, maculáti.
Natio prava & perversa, hæc Dómino retribuísti?
- † sic plebs fátua, & non sapiens?
nonnè hic ipse tuus pater, possédit te;
fecit te; & creávit te?
- † In mente habéte dies sæculi:
intelligite annos natiónis natiónum.
- † intérroga patrem tuum; & annuntiabit tibi:
seniôres tuos; & dicent tibi.
- † Cùm divideret Excélsus gentes,
quemádmódu[m] disperfit filios Adæ:
- † stáruit términos géntium,
secúndum númerum Angelórum Dei.
- † Et facta est pars Domini populus ejus Jacób:
funiculus hereditátis ejus, Israël.
- † Sufficiéntem eum sibi, fecit in erémo, in siti caló-
ris,
ubi non erat aqua.
- † circumdúxit eum, & erudívit eum:
& custodívit eum sicut pupíllam óculi:
- † sicut áquila tegit nidum suum;
& super pullos suos cónsidet;
- † expándit alas suas, & accépit eos;
& suscepit eos super scápulas suas.
- † Dominus solus ducébat eos:
& non erat cum eis Deus aliénus.
- † Addúxit eos in fortitudinem terræ:
cibávit eos nascéntijs agrórum.

CENTIAM, ist est gloriam. g JUDICIA, id est justæ. h FIDE-
LIS, id est, verax in promissis. i NON FILIJ, scilicet non se geren-
tes ut filios decebat. k IN SORDIBUS, scilicet se contaminan-
tes. LXX, vituperabilis. Chald. *serviunt idolis*. l POSSEDDIT,
scilicet ut peculium. m FECIT, scilicet corpus. n CREAVIT, sci-
licet animam. o DICENT, scilicet Dei opera & beneficia. p
SEPARABAT, scilicet in varias regiones. q ADAM, id est homi-
nis. Chald. *hominum*. r POPULORUM, scilicet habitan-

& om-

& omnes viæ ejus s̄ judicia.

† Deus ^h fidēlis & absque ulla iniquitate,
justus & rectus.

Peccaverunt ei & ⁱ non filij ejus ^k in sordibus,

† generatio prava atque perversa.

Hæccinè reddis Dōmino popule stulte & insipi-
ens?

† numquid non ipse est pater tuus; qui ^l possedit te;
& ^m fecit & ⁿ creavit te?

† Memēto diērum antiquōrum:
cōgita generatiōnes singulas.

† interroga patrem tuum; & annuntiabit tibi:
majōres tuos, & ^o dicent tibi.

† Quando dividebat Altissimus gentes;
quando ^p separabat filios ^q Adam:

† constituit terminos ^r populorum,
s̄ juxta nūmerum ^t filiōrum Israēl.

† Pars autem Domini, populus ejus:
Jacōb ^u funiculus hereditatis ejus.

† Invenit eum in terra deserta,
in loco horroris & vastæ solitudinis,

† circumduxit eum, & docuit:
& custodivit quasi pupillam oculi sui:

† sicut aquila provocans ad volandum pullos suos,
& super eos volitans;

† expandit alas suas; & assumpsit ^x eum;
atque portavit ^y in hūmeris suis.

† Dominus ^z solus dux ejus fuit:
& non erat cum eo Deus aliēnus.

† Constituit eum super ^a excelsam terram,
ut comēderet fructus agrōrum;

tium terram promissionis. f̄ JUXTA NUMERUM &c. quasi
dicat, quantum sufficeret Hebræis, tantum illis dedit habitandum.
t̄ FILIORUM ISRAEL, LXX. Angelorum Dei. u FUNICU-
LUS, id est portio, funibus enim dividebatur hæreditas. x EUM,
pro, eos, scilicet pullos, de aquila enim loquitur. y IN HUMERIS.
Hebr. super alas. Chald. in fortitudine pennarum. z SOLUS
DUX EJUS FUIT, Chald. collocabit eos seorsum in saculo illo,
quod ipse renovaturus est. a EXCELSAM, id est montosam, seu
excellentem fertilitate soli & amœnitate. Chald. fortem.

- † Suxérunt mel de petra;
& oleum de firma petra,
† butyrum boum, & lac óvium,
cum ádipe agnórum & arietum,
† filiórum taurórum & hircórum,
cum ádipe renum trítici, & sáanguine uvæ.
† Bibít vinum & manducávit Jacób, & satiátus
est:
& recalcitrávit diléctus.
† Pinguis factus est & incressávit & dilatátus est:
& dereliquit Deum qui fecit eum;
& recéssit à Deo salutári suo.
Deus. † EXACERBAVERUNT ME in aliénis:
in abominatióibus suis concitaverunt me.
Propheta. † SACRIFICAVERUNT DÆMONIJS & non
Deo,
dijis quos non novérunt:
† novi recentésque venérunt;
quos nesciébant patres eórum
† Deum qui te génuit dereliquísti:
& oblítus es Deum aléntem te.
† Vidit Dóminus; & zelátus est:
& exacerbátus est propter iram filiórum suórum
& filiárum:
† & dixit: *Avértam faciem meam ab eis:*
& ostendam quid erit eis in novíssimo:
† *quia generátio prava & perversa,*
filij, in quibus non est fides in ip[s]is.
† *Ipsi in zelo compulérunt me, & non in Deo;*
in iram concitaverunt me in idólis suis:
† *& ego in zelo expellam eos, & non in gente;*
in gente insipiénte irritabo eos.

b PETRA, id est saxosis locis, quasi dicat, etiam rupes abundat melle & oleo. c FILIORUM BASAN, id est pinguium, ut quos alit Basan regio fertilissima, e DILECTUS, forte, *directus*. Nam Hebr. *rectus*. Chald. *Israel*. e SALUTARI, LXX. *salvatore*. Chal. *redemptore*. f PROVOCaverunt, scilicet ad indignationem. g ABOMINATIONIBUS, id est idolis, h DEO, scilicet vero, quasi dicat, ijs qui non sunt veri Dij.

- b † ut iugeret mel de^b petra,
oleumque de saxo durissimo,
c † butyrum de armento, & lac de ovibus,
cum adipi agnorum, & arietum^c filiorum Ba-
san,
† & hircos cum medulla tritici;
† & sanguinem uvæ biberet meracissimum.
d † Incrassatus est^d dilectus, & recalcitravit:
incrassatus, impinguatus, dilatatus,
† dereliquit Deum factorem suum;
† & recessit à Deo^e salutari suo.
e † † Provocaverunt eum in dijs aliènis:
f † & in g abominatiõibus ad iracundiam concita-
g verunt.
h † Immolaverunt dæmonijs & non^h Deo,
dijs quos ignorabant:
i † novi recentisqueⁱ venerunt;
quos non coluerunt patres eorum.
k † Deum qui te genuit^k dereliquisti:
& oblitus es Domini creatoris tui.
† Vidit Dominus; & ad iracundiam concitatus
est:
quia provocaverunt eum filij sui & filia:
† & ait: *Abcondam^l faciem meam ab eis:*
m † & considerabo^m novissima eorum:
† generatio enim perversa est,
& infidèles filij.
† *Ipsi me provocaverunt in eo qui non erat Deus;*
& irritaverunt in vanitatibus suis:
n) † & egoⁿ provocabo eos in eo qui non est populus:
& in gente stultâ irritabo illos.

i VENERUNT, id est exorti sunt vel reperti ad colendum. k DERELIQUISTI, sic etiam LXX. at Hebr. *oblitus es*. l FACIEM, Chald. *majestatem*. m NOVISSIMA, quasi dicat, quid eis tandem sim facturus. Chald. *notum est coram me, quid erit in novissimis eorum*. n PROVOCABO &c. quasi dicat, faciam, ut Gentium felicitate conspectâ, invidiant vel indignentur.

- † Quia ignis exarsit ab ira mea:
 & ardēbit usque ad inferos deorsum.
 † comedet terram & nascēntias agrōrum:
 & concremābit fundamenta montium.
 † Congeram in ipsis mala:
 & sagittas meas consummabo in eis.
 † tabescentes fame, & esca erunt avium,
 & extensio dorsti insanabilis.
 † dentes bestiarum immittam in eos,
 cum furore trahentium super terram.
 † à soris sine filijs privabit eos gladius:
 & in promptuarijs timor:
 † jūvenis cum virgine,
 lactens cum stabiliō sene.
 † Dixi, Dispergam eos:
 privābo autem ex hominibus memoriam eorum.
 † Nisi propter iram inimicorum,
 ne longo tempore sint super terram:
 † ne consentiant a dversarij ejus;
 & dicant: Manus nostra excelsa,
 & non Deus fecit hæc omnia.

Propheta.

- † **QUIA GENS PERDITA CONSILIO EST:**
 & non est in eis disciplina.
 † Non sapuerunt intelligere hæc:
 percipient in futuro tempore.
 † Quomodo persequetur unus mille;
 & duo transmovebunt dena millia?
 † nisi quia Dominus subdidit eos;
 & Deus tradidit illos?
 † Quia non est Deus noster sicut dij illorum:
 inimici autem nostri, insensati.

o SUCSENSUS EST, pro succendetur. p INFERNI. Hyperbole, quasi dicat, omnia consumet, q NOVISSIMA, id est inferjora. Hebr. & Chald. *Vsque ad infernum inferiorem.* Ut plane hic videatur significari inferni ignis, quo damnati cruciantur. r SAGITTAS. Chald. *plagas.* f COMPLEBO, id est consumam, quasi dicat, omnes in eos mittam. t MORSU AMARISSIMO.

Ignis

¶ Ignis succensus est in furore meo: & ardēbit usque ad p̄ infēri q̄ novissima:
 † devorabitque terram cum germine suo:
 & montium fundamenta combūret.
 † Congregābo super eos mala;
 & sagittas meas complebo in eis.
 † consumentur fame:
 & devorabunt eos aves morsu amarissimo.
 † dentes bestiarum immittam in eos,
 u cum furore trahentium super terram atque serpentium.
 x y † foris x vastabit eos gladius, & y intus pavor,
 juvenem simul ac virginem lactentem cum homine sene.
 z † Dixi, z Ubi nam sunt?
 cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.
 † Sed propter iram inimicorum distuli:
 ne forte superbirent hostes eorum;
 † & dicerent: Manus nostra excelsa,
 & non Dominus fecit hæc omnia.
 GENS ABSQUE CONSILIO EST & sine pru-
 dētia.

Propheta.

Utinam sāperent & intelligerent;
 ac novissima providerent.
 † Quómo do perfequatur unus^a mille;
 & duo fūgent^b decem mīllia?
 † nōnnē ideo, quia Deus suus vēdidit eos;
 & Dominus conclūsit illos?
 † Non enim est Deus noster ut dij eorum:
 & inimici nostri sunt^c júdices.

LXX. morsu immedicabili. Chald. vexatione spirituum mali-
 gnorum. u CUM FURORE TRAHENTIUM. Hebr. cum ve-
 neno serpentium terra, seu, in terra. x VASTABIT. Heb. Chald.
 & LXX. filijs orbabit. y INTUS, id est intra domum. z UBI NAM
 SUNT? Hebr. exterminabo eos. Chald. consummabo eos, id est
 perdam. LXX. dispergam eos. a MILLE, id est multos. b DE-
 CEM MILLIA, id est multo plures c JUDICES, quasi dicat, satis

- † Ex vineâ enim Sodomorum, vitis eorum:
& propâgo eorum ex Gomorrha.
- † uva eorum, uva féllis:
& botrus amaritûdinis ipsis.
- † furor draconum, vinum eorum,
& furor âspidum insanâbilis.
- DEUS. † NONNE HÆC OMNIA congregâta sunt apud
me;
& signâta in thesauris meis?
- † In die ultionis reddam illis,
in tempore quo lapsus fuerit pes eorum:
- † quia prope est dies perditionis eorum;
& hæc sunt parâta vobis.
- Propheta. † QUIA JUDICABIT DOMINUS populum
suum:
& in servis suis consolabitur.
- † Vidit enim eos fatigâtos & deféctos,
in abductiõne & dissolûtos:
- † & dixit: Nunc ubi sunt dii illorum;
in quibus confidébant in ipsis?
- † Quorum adipem sacrificiorum edebâtis;
& bibebatis vinum libationis eorum:
- † exurgant nunc, & adjuvent vos;
& fiant vobis protectores.
- † Videte videte quoniam ego sum Deus:
& non est alius præter me.
- † Ego occidam, & vivere faciam:
percûtiâ; & ego sanabo:
& non est qui eripiat de manibus meis.
- † Quia tollam in calum manum meam;
& jurabo per dexteram meam:
& dicam: Vivo ego in æternum.

advertunt Deum nostrum esse potentiorum suis dijs. d SUBUR-
BANIS, scilicet agris. e FELLIS. Hebr. *veneni*, sic infra proximè.
f CONDITA, id est reposita, quasi dicat, parata illis mala. g
THESAURIS. Id est occultis dispositionibus: Aug. contra Ad-
vers. Legis. h TEMPORA, id est perditionis eorum. i JUDICA-
BIT. Id est puniet, scilicet impios.

- † De vinea Sodomorum, vinea eorum,
 & de d suburbanis Gomorrhæ.
 † uva eorum, uva e féllis;
 & bótri amaríssimi,
 † fel draconum vinum eorum,
 & venenum áspidum insanábile.
 DEUS, † NONNE HÆC f CONDITA SUNT apud me;
 f & signáta in g thesauris meis?
 g † Mea est últio: & ego retribuam in tēpore;
 ut labátur pes eorum.
 h † Juxta est dies perditionis:
 h Propheta. & adesse festinant h tēpora.
 i † i JUDICABIT DOMINUS pópulum suum:
 k & in servis suis k miserébitur.
 l † Vidébit quòd infirmáta sit l manus;
 m & m clausi quoque defecerunt;
 residuique consumpti sunt:
 † & dicet: Ubi sunt dij n eorum;
 in quibus habebant fidúciam?
 † De quorum víctimis comedebant adipés;
 & bibebant vinum libaminum:
 † surgant, & opitalentur vobis;
 & in necessitate vos protegant.
 † Videte quòd ego sim o solus;
 & non sit alius Deus præter me.
 † Ego occídám; & ego vívere faciam:
 percútiám; & ego sanábo.
 & non est qui de manu mea possit erútere.
 p † p Levabo ad calum manum meam;
 & dicam: Vivo ego in æternum.

k MISEREBITUR. LXX. consolabitur. Chald. servorum suorum ultionem ulciscetur. Quasi dicat, cum ad iudicandum steterit, tum ulciscetur suorum hostes. l MANUS, id est potentia, scilicet hostium vel impiorum. m CLAUSI, id est arcium vel urbium custodes: aut qui se in tuta loca incluserant. n EORUM, scilicet hostium, vel impiorum Judæorum. o SOLUS, scilicet verus Deus. Hebr. & Chald. quòd ego, ego sum, scilicet solus Deus. p LEVA-

Quia

- † Quia exactam velut fulgur gladium meum:
 & aget iudicium manus mea:
 † & retribuam iudicium de inimicis:
 & his qui oderunt me, reddam.
 † Inebriabo sagittas meas in sanguine;
 & gladius meus manducabit carnes;
 † à sanguine vulveratorum,
 & captivitate, à capite principum inimicorum.
 † Latamini cæli simul cum eo:
 & adorent eum omnes Angeli Dei.
 † Latamini Gentes simul cum populo eius;
 & confirment eum omnes filij Dei;
 † quia sanguis filiorum eius defendetur;
 † & defendet, * & retribuet iudicium de inimicis;
 & his qui odérunt reddet:
 † & emundábit Dominus terram populi sui.

BO, scilicet jurans, q. ARRIPUERIT, &c. quasi dicat, si cepero facere iudicium. r. DE CRUORE, scilicet inebriabo, f. CAPTIVITATE, id est captivis; quasi dicat, sumens de captis hostibus pœnas, qui nudo capite abduci solent, & etiam radi.

Orationes.

Sacr. Gelafianum.

- 1 **D**Eus, celsitudo humilium, & fortitudo rectorum, qui per sanctum Moysen puerum tuum, ita erudire populos tuos, sacri Carminis tui decantatione voluisti; ut illa Legis iteratio, fieret etiam nostra directio: excita in omnem justificatarum Gentium plenitudinem, potentiam tuam; & da lætitiã, mitigando terrorem: ut omnium peccatis tuã remissione delétis, quod denuntiatum est in ultionem, transeat in salutem. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia sæcula sæculorum. Amen.
- 2 **D**Eus, * gloriificatio fidelium, & vita iustorum, qui per Moysen famulum tuum, nos quoque modulatione sacri Carminis erudisti; in universis Gentibus misericordiã tuã munus operare, tri-

Sacramentarium Gelafianum.

* al. gloriatio.

† *si acüero ut fulgur gladium meum ;*
 & *q arripuerit iudicium manus mea :*
 † *reddam ultionem hostibus meis ;*
 & *his qui oderunt me, retribuam.*
 † *Inebriabo sagittas meas sanguine ;*
 & *gladius meus devorabit carnes ;*
 † *de r cruore occisorum,*
 & *de l captivitate nudati inimicorum capitis.*
 † *Laudate Gentes pópulum u ejus :*
 quia *sánguinem servórum suórum ulciscé-*
tur :
 † *& vindictam retribuet in hostes eórum :*
 & *propitius erit terræ pópuli sui.*

Chald. *Auferam coronas de capite hostium. r LAUDATE, &c.*
 LXX. *Latamini cali cum ipso: & adorent eum omnes Angeli*
Dei. Latamini gentes cum populo ejus (quod citatur Rom. 15.)
 & *roborentur in ipso omnes filij Dei. u EJUS, scilicet Dei.*

buendo beatitudinem, auferendo terrorem: ut quod prænuntiatum est ad supplicium, in remedium transferatur æternum. Per Dominum &c.

Sacr. Grego-
 rianum.

3 **D**EUS, qui nobis per Prophetarum ora, præcepisti temporalia relinquere, atque ad æterna festinare; da famulis tuis, ut quæ à te iussu cognovimus, implere cælesti inspiratione valeámus. Per Dominum.

Pfalt. Cardin.
 Chifij scrip-
 tum ad ini-
 tium sæculi.
 xi.

4 **N**OMEN tuum Domine invocantes, suppliciter deprecamur; ut sicut patres nostros in deserto, remigio divinæ tuitionis, aquilarum more protégere dignatus es: ita nos quoque in hujus sæculi ærumná degentes, à malis omnibus custodire non desinas. Per Dominum.

Brev. Moza-
 rab.
 fol. 39. 81.
 * al. Montes
 cantate no-
 bis, & terra
 Moyfi.

5 * **M**ONTES cantent nobis, & terra audiat; sicut Moyfi famulo tuo in confessionem mirabilem & præceptorum tuorum: & descendat su-

G g g g

per

* *al. insensibili arte.*

* *al. promptamque.*
* *al. miserationem.*

fol. 53.

per nos, Domine, gratia misericordiae Domini nostri Jesu Christi Filij tui, sicut ros super terram; & sicut imber super gramen; & sicut nix supra foenum: quae nos * insensibiliter ab arte impietatis emundet illic; ubi peccatorum nostrorum numerositas nullam possit satisfactione pensari. Tu autem Domine, qui es caecorum lumen, errantium via, resurrectio mortuorum; respectu clementiae tuae, conscientiae nostrae tenebras illumina; peccantes ad poenitentiam (revoça;) poenitentibus veniam * promptam in te semper * miseratione largire. *R.* Amen. Per misericordiam tuam Deus noster: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in saecula saeculorum. *R.* Amen.

6 Descendat, Domine, ut pluvia eloquium tuum; & sicut ros, verba tua super nos effundantur: ut ubertim tua miseratione rigati, tibi magnitudinem demus; cujus opera bona esse cognoscimus: omnes viae tuae, judicia; & iniquitas procul est a rectitudine tua. Proinde nos qui proclives ad malum sumus; a tua gubernatione, etiam cum tui obliviscimur, non defraudemur: ut & si serviliter facinore * sciscitamus; lenitate paternam a te corrigi sentiamus. *R.* Amen. Per misericordiam tuam &c.

*Cod. Vat. 82.

*CANTICUM SIVE ORATIO ANNÆ.

HRabanus Maurus Archiepiscopus Moguntinus.

Igitur Canticum quod in lib. Regum propheticis spiritu Anna mater beati Samuelis Propheta proferebat; & sub titulo Orationis praenotatum est; multa sacramenta de Christo & Ecclesia ejus continet: quia ipsius munere hac prophetizando praesagebatur; cujus ope totius Ecclesia subsistit fortitudo; & amplificatur multitudo; & confirmatur stabilitas. Sed quaeritur cur Scriptura dicat Annam orando hoc carmen proferre: cum magis in ea praedicatio futurorum, quam postulatio alicujus rei invenitur? sic enim scriptum est: Et oravit Anna & ait: Exultavit cor meum in Domino; & exaltatum est cornu meum in Deo meo. Non enim invenitur orare in hoc Cantico; nisi per duo verba tantum, ut dicit: Latata ium in salutare tuo: & aliud est: Quia non est Deus praeter te. Apostolus autem dicit: Orate sine intermissione. Illi enim, qui in divino versatur officio, omnia gesta ejus dictaque pro Oratione reputantur: quia justus cum sine intermissione qua iusta sunt agit; per hoc sine intermissione justus Orabit. & in psalmis dicit: Elevato manuum mearum sacrificium vel pertinuum. Elevat manus ille, qui elevat actus suos.

Deus

7 **D**EUS fidelis, in quo nulla est iniquitas: tu justus & sanctus & Dominus: qui si nostris operibus prouidē irritaris; non tamen ut peccavimus, vindictam exerces; nec condignā retributione prauaricantes corripis: admones terrore; & alloueris pietate: ut & iustitiam teneas; & misericordiam non omittas. Porta ergo nos alistuis ut * pupillos; & protege ac filios tuos: quod nos & in fortitudinem terræ deducas; & plenitudine virtutum ac frugum enutrias. *Rz. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster &c.

* for. pullos.

8 **F**AC nos Domine Deus noster portionem esse funiculo hereditatis tuæ: ut sufficientiā ignis caloris tui, in terra sitienti corporis * nostri à te, qui es spes & satiētas nostra, refici mereamur. *Rz. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster &c.

* ibi, tui.

9 **T**U es Domine Deus: & non est alius præter te: qui percutis & sanas; & sanando consolidas: fac nos in æternum tecum sine fine vivere: ut de manu tuā non pereamus; cū ad iudicium ueneris gloriosus. *Rz. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster: qui es benedictus, & uivis, & omnia regis in sæcula sæculorum. *Rz. Amen.*

* Cod V. 5729.

**CANTICUM ANNÆ*

Cornelius Jansenius Episcopus Gandavensis.

Liberata diuino beneficio à sterilitatis opprobrio Anna sancti Samuelis mater; Canticum hoc gratulatorium Deo cecinit, ut scribitur 1. Regum, 2. capite. In quo primum quidem de data sibi à Deo post longam sterilitatem fecunditate gloriatur; Deo soli opus hoc adscribens: tum occasione mutationis admiranda in se facta, generatim canit Deum sua omnipotentia omnia pro suo arbitrio commutare: ac postremum prophetico spiritu uaticinatur de aequitate iustitiæ & nouissimi iudicii Dei, regniq; Christi super omnes sublimandi. Est autem canticum istud multum simile cantico Deiparæ Virginis: sicut etiam simili occasione utrumque decantatum est ab utraque. idemque huic sanctæ mulieri accidisse licet advertere; quod Elizabeth matri Baptiste Joannis: sicut enim Elizabeth post conceptum futuri prophete, prophetissa effecta est; ita & ipsa, cujus hoc est presens carmen. Jam dubium non est, quin sicut Paulo attestante, in Agar & Sara uxoribus Abrasæ typus fuerit Synagoga judaica & Christiana Ecclesia; ita quoque in duabus uxoribus Elcanæ, Anna scilicet & hujus amulæ Phæenenna. Proinde recte secundum allegoricum sensum, accipitur istud canticum esse gratulatio Ecclesiæ Gen-

Feria IV. ad
Matutinum.

Ex Psalterio
Ambrosiano.

CONFIRMATUM EST COR MEUM IN DOMINO:

& exaltatum est cornu meum in Deo meo.

† Dilatum est os meum super inimicos meos:
laetata sum in salute tua.

† Quoniam non est sanctus quomodo Dominus:
& non est justus quomodo Deus noster:
& non est sanctus praeter te.

† Nolite gloriari superbe; & nolite loqui excelsa:
& non exeat verbum magnum ex ore vestro.

† quoniam Deus scientiae, Dominus,
& Deus qui praeparat voluntates suas.

† Arcum potentium infirmavit Dominus:
& infirmos praecinxit virtute.

† pleni panibus, minorati sunt:
& esurientes transierunt terram.

† sterilis peperit septem:
& foetosa in filiis, infirmata est.

† Dominus mortificat, & vivificat:
deducit ad inferos, & reducit.

† Dominus pauperes & divites facit:
humiliat, & exaltat.

† Suscitavit a terra pauperem;
& de stercore erigit inopem:

a IN DOMINO, id est Domini beneficio. b CORNU, id est robur, seu gloria. c DILATATUM, &c. quasi dicat, habeo jam quod respondeam exprobrantibus sterilitatem. d SALUTARI TUO, id est salute a te data. e SUPERBIMIA, id est superba. f DEUS SCIENTIARUM, atque ideo arbiter conscientiarum. August. 17 de Civit. Chald. *Deus novit omnia*. g IPSI PRAEPARANTUR, &c. quasi dicat, quidquid cogitavit facere, exsequitur: vel, ab ipso

Feria IV. ad
Matutinum.

riam a sterilitatis opprobrio, & insultatione Synagoga veteris iam liberata. Præter res enim circa Annam & Phænennam gestas, etiam nominum etymologia typo convenit: Anna enim gratiam; Phænenna autem Margaritam significat rubei coloris: cui præfertur Sponsa Christi in Threnis; cum dicuntur Nazaræi ejus, rubicundiores antiquo ebore. Ubi pro ebore antiquo, ponitur Paninnan, hoc est, Margaritis rubeis, his forsitan qui rubini dicuntur vulgo.

EXULTAVIT COR MEUM ^a IN DOMI-
NO:

& exaltatum est ^b cornu meum in Deo meo.

† ^c dilatatum est os meum super inimicos meos;

quia lætata sum in ^d salutari tuo.

† Non est sanctus, ut est Dominus:

neque enim est alius extra te:

& non est fortis sicut Deus noster.

† Nolite multiplicare loqui ^e sublimia, gloriantes.

† recedant vetera de ore vestro:

quia ^f Deus scientiarum, Dominus est;

& ^g ipsi præparantur cogitationes.

† Arcus fortium superatus est:

& infirmi accincti sunt robore.

† replati prius, pro panibus se locaverunt:

& famelici saturati sunt:

† ^h donec sterilis peperit ⁱ plurimos:

& quæ multos habebat filios ^k infirmata est.

† Dominus mortificat, & vivificat:

deducit ad ^l inferos, & reducit.

† Dominus pauperem facit, & ditat:

humiliat, & sublevat.

† Suscitat de pulvere ^g egenum:

& de ^m stercore elevat ⁿ pauperem:

hominum cogitationes diriguntur. LXX. *Deus præparat adinventiones suas.* Hebr. *Ipsi directa sunt opera,* quasi dicat, cogitata sua & opera præparat, & dirigit sapientissimè. **h DONEC STERILIS** & c. pro, adeo ut sterilis pepererit & c. **i PLURIMOS,** Hebr. septem, id est multos. **k INFIRMATA,** id est liberis orbat. **l INFEROS,** id est, sepulchrum: repetitio præcedentis. **m STERCORE,** id est statu sordido. **n PAUPEREM,** id est,

G g g g ;

& sedé-

† & sedere facit eum cum potentibus plebis :
 & sedem gloriæ possidere facit eum.
 † Dans votum oranti :
 & benedicens annos iusti :
 † quia non in virtute suâ potens est vir :
 Dominus infirmum facit adversarium ejus.
 Dominus sanctus.
 † Non gloriétur sapiens in sapientia sua :
 neque gloriatur potens in virtute sua :
 neque gloriatur dives in divitijs suis.
 † sed in hoc gloriatur qui gloriatur,
 scire & intelligere Dominum,
 & facere iudicium & iustitiam super terram.
 † Dominus ascendit in cælos, & tónuit :
 & ipse iudicabit extrema terræ ; quia iustus est :
 † dans virtutem Regibus nostris ;
 & exaltabit cornu Christi sui.

Christum de persecutoribus Judæis. August. 17 de Civ. o TENEAT. Hic LXX, addunt: *Præbens votum oranti*, id est orantem exaudiens (dato scilicet eo quod optat) & *benedixit* (pro, benedicens) *annos iusti*. *Dominus sanctus*. Et *Non gloriatur prudens in prudentia sua* &c. Et non habent illud: *Domini enim sunt cardines* &c. p CARDINES, id est columnæ seu sustentacula, scilicet terra ipsa, quæ est velut mundi fundamentum, vel ipsius terræ fundamenta, (ut vocat Scriptura) scilicet partes in medio solidiores, quibus reliquæ nituntur, & fortè saxæ. q PEDES SANCTORUM, &c. Chald. *Corpus servorum suorum iustorum cu-*

Orationes.

MSS.

1 **D**Eus, cui in sanctitate nemo comparabilis, in tortitudine nullus æqualis; qui solus habes potestatem humiliandi & exaltandi; visibiles & invisibiles inimicos tua virtute coercere: ut cor nostrum in tua scientia satis abundet, & in te semper exultet. Per Dominum.

Cod. Cardin.
 Chisij scriptus
 ad inirium xi
 sæculi.

2 **D**Eus, cuius iudicio Synagogæ fecunditas infirmata est; & Ecclesiæ sterilitas fecundata; nostræ mentis sterilitatem tuâ ubertate fecunda: ut tibi bonorum (operum) fructus parere non omitamus. Per Dominum.

ut sedeat

† ut sedeat cum principibus;
 & solium gloriæ o teneat.
 † Domini enim sunt p cardines terræ:
 & posuit super eos Orbem,
 † q Pedes Sanctorum suorum servabit:
 & impij in tenebris r conticescent:
 quia non in fortitudine sua roborabitur vir.

† Dominum formidabunt adversarij eius:
 & super ipsos l in caelis tonabit.
 † Dominus iudicabit t fines terræ:
 & dabit u imperium x Regi suo:
 & sublimabit cornu y Christi sui.

Stodivit à gehenna, & impij transgressores verbi sui in gehennam in tenebris iudicabuntur, ad ostendendum, quòd in nemine sit fortitudo puritatis ad diem iudicij. rCONTICESCENT, scilicet cessabunt à pravis hujus vitæ operibus. l IN CÆLIS, prode caelis, quasi dicat è caelo interimet. t FINES TERRÆ, proetiam fines terræ: quasi dicat, omnem terram, August. 17. de Civit. cap. 4. Unumquemque ita iudicabit, ut in fine vitæ inventus fuerit, u IMPERIUM. Hebr. Chald. & LXX. fortitudinem. x REGI, scilicet Messia. x CORNU, id est gloriam. Chald. regnum. y CHRISTI SUI, Hebr. & Chald. Messia sui.

Brev. Mozarab.
 fol. 67.
 * for. vigore.

3 **D**omine Deus scientiarum ac sapientiæ immensæ; tu præparas ad inventiones tuas ut infirmes arcus potentium; & infirmos *ardore succingas: dum in se fidentes deijcis; & in te sperantes attollis: dum plenos attenuas panibus; & esurientes, sufficientiâ reple: qui scientiâ tumentes excludis; & humiliter sapientes nec magniloquio fidere, nec superbè de tuis muneribus gloriari (jubes:) sed ita esse studiosos doctrinâ; ut tibi demus gloriam; nobis autem reservemus obedientiam. *Rz. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum. *Rz. Amen.*

Christe,

4 **C**hriste Dei Filius, qui ascendens in cælum, triumphator tonas; da nobis, ut te semper in veritate videntes, visionis tuæ gratiâ fruamur: & qui devictâ morte, Paternam ascendendo répetis sedem; tu da virtutem regibus nostris; (&) exalta tuæ gloriæ majestatem. *Et. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster &.

CANTICUM ESALÆ.

HRabanus
Maurus Archiepis
Moguntinus.

Esaias Propheta postquam de Incarnatione Domini, & de convocatione Ecclesiæ, atque destructione idololatriæ mysticè disputaret eloquijs; ita ut de flore virga de radice Iesse ascendente; super quem septemplex Spiritus gratiâ requiesceret primum narraret: postea de concordia & cohabitatione bestiarum cum pecudibus; hoc est, divinum cum pauperibus, & ferocium atque superborum cum mansuetis & humilibus concordiam in Ecclesiâ predicaret; & signum Crucis undique Gentes convocare ad unitatem fidei testaretur: ad extremum desolationem fluminis Aegypti, hoc est, errorem Gentium, qui in tenebris infidelitatis habitabant, dissolvendum esse manifestavit. Sicque Ecclesiâ plebem sive animam fidem ad laudandum Deum provocat: quatenus eius gratiâ hoc deponet, quod ab inimicis liberata, & à filijs ira separata, filia reconciliationis & misericordiæ sit effecta. Unde dicit.

Cornelius
Janfenius
Episcopus
Gandavensis.

Canticum quod legitur Isaiâ 12. capite, ut ex superiori cap. 11. in quo de Christo aperta est prophetia, constat; ad Christi tempora pertinet. In hoc itaque Propheta primum sub persona totius Ecclesiæ Christi, gratias agit de salute per Christum in plenitudine temporis allata, & ira Dei ab humano genere ablata: ac deinde sub sua persona prophetat spiritualium abundantiam charismatum tempore gratiæ futuram; mutuaque fidelium ad prædicandam per universum orbem Dei benignitatem exhortationem.

Feria II. ad
Matutinum.

Propheta,
a

b c
d
e

CONFITEBOR TIBI DOMINE; QUONIAM IRATUS ES MIHI:
b conversus est furor tuus, & c consolatus es me.
† Ecce Deus d Salvator meus:
c fiducialiter agam, & non timebo.

Emanuel Sa,

a CONFITEBOR, id est benedicam seu laudabo. b CONVERSUS, scilicet in misericordiam. Chald. & LXX. *aversus*. c CONSOLATUS, scilicet per incarnationem seu redemptionem. Chald. & LXX. *miserus*. d SALVATOR, scilicet Jesus. e FIDUCIALITER AGAM. Chald. & LXX. *confidam in eo*.

quia

- fg † quia fortitudo mea & g laus mea Dominus;
& factus est mihi in salutem.
- h i k † Haurietis h aquas in gaudio de i fontibus k Salva-
toris:
- & dicetis in illa die:
- l † Confitemini Domino; & invocate nomen ejus.
- m † Notas facite in populis m ad inventiones ejus:
n mementote quoniam n excelsum est nomen ejus.
- o p † o Cantate Domino quoniam p magnifice fecit:
q r q annuntiate r hoc in universa terra.
- f † Exulta & lauda f habitatio Sion:
c quia magnus in medio tui t Sanctus Israel.

f FORTITUDO, LXX. gloria. g LAUS MEA, id est, quem lau-
dem. h AQUAS. Chald. doctrinam nostram. i FONTIBUS, scil.
Apostolis seu Evangelijis. k SALVATORIS, scil. Jesu. l CONFI-
TEMINI, id est benedicite, scilicet laudando, gratias agendo. m
ADINVENTIONES, id est consilia. Chald. opera LXX. glorio-
sa, scilicet consilia seu opera. n EXCELSUM. Chald. forte.
LXX. exaltatum. o CANTATE DOMINO, LXX. laudate
nomen Domini. p MAGNIFICE. Chald. magna. LXX. excelsa.
q ANNUNTIATE HOC. Chald. manifestum est hoc. r HOC.
LXX. haec. f HABITATIO, Chald. congregatio. LXX. habita-
tor. t SANCTUS, scilicet Christus, qui Sanctus sanctorum, suosque
sanctificat.

Oratio.

Mss.

FUrorem tuæ indignationis, quem justè mere-
mur, Salvator omnium Deus propitiatus aver-
te: & præsta, ut confessionis tibi canticum fidu-
cialiter decantantes; cælestem habitantibus Sion
in perpetuum nos sociari gaudemus. Per Domi-
num nostrum Jesum Christum.

Hh hh

ORA-

ORATIO EZECHIAE REGIS IUDÆ
 QUANDO LANGUIT, ET SURREXIT DE
 INFIRMITATE SUA.

HRabanus
 Maurus Ar-
 chiepiscopus
 Moguntinus,

* Ex S. Hiero-
 nymo lib. xi.
 in Esaïam. . .

Feria III. ad
 Matutinum.

*Canticum quod sub Ezechia nomine prænotatur; quod aliqui In-
 terpretum Scripturam alij Orationem nominant: videtur mihi me-
 lius, Gratiarum actionis vocabulo prænotari: sic enim scriptum est
 in Propheta: Scriptura Ezechia regis Judæ: cum ægrotasset, & con-
 valuisset de infirmitate sua. Septuaginta verò ita posuerunt: Oratio
 Ezechia regis Judæ: quando languit, & surrexit de infirmitate sua.*

** Manifestum est enim, quod post redditam sanitatem, de infirmitate
 consurgens, ista conscripserit: ex quo non Oratio est; sed Gratiarum
 actio pro beneficio quod acceperat. Potest enim hoc canticum bene con-
 venire his, qui post longam ægrotudinem animarum respiciunt à Dia-
 boli laqueis; & de peccatorum gravitudine sanantur; & student se
 virtutibus sacris recuperare; & laudes Dei non solum voce sed
 etiam corde & actu pronuntiare.*

Propheta.
 Ex cod. vetu-
 stissimo Vati-
 cano, olim
 Reginae Sue-
 tiae,

EGO DIXI IN ALTITUDINE DIERUM
 MEORUM:

Ibo in portas inferni:

† *relinquam annos meos reliquos.*

† *Dixi; Jam non videbo salutare Dei super terram:*

† *nec videbo ultra hominem de cognatione mea.*

† *Dereliqui reliquum vitæ meæ.*

† *exijt & abiit à me, sicut qui destruit tabernaculum stabilitum.*

† *Spiritus meus apud me factus est sicut lánifica pròximans de-
 mere telam.*

† *In die illa traditus sum usque ad manè:*

tamquam leo sic ossa mea contrivit:

á die enim usque ad noctem traditus sum.

† *Ut hirundo ita clamábo:*

& sicut colúmba sic meditabor:

a SCRIPTURA LXX, Oratio, scilicet conscripta fuit. b DIXI
 scilicet cum ægrotarem. c QUÆSIVI, id est optavi. LXX, *relin-
 quam.* d DOMINUM, id est Domini templum vel opera. e
 QUIETIS, id est cum quiete. f GENERATIO, id est vita: sic enim
 vocatur vitæ unius tempus: vel quasi dicat, filijs carco, LXX.

SCRIPTU-

Vet.
JUDÆ
IT DE

**SCRIPTURA EZECHIE REGIS JUDÆ
CUM ÆGROTASSET, ET CONVALUISSET
DE INFIRMITATE SUA.**

Cornelius
Janfenius E-
piscopus Gan-
davenfis.

Canticum quod Isaiã 38. inscribitur regi Ezechie; carmen est gratiarum actionis: quod pro recepta à Deo sanitate & vita prolon- gatione Deo rex cecinit: quemadmodum patet ex titulo, qui sic habet: Scriptura Ezechie regis Judæ: cum ægrotasset, & convaluisset de in- firmitate sua Itaque in hoc carmine primum quidem rememorat men- tis sua amaritudinem & tristitiam; in qua erat cum premeret lau- guor; & per Isaiam audisset nuntium instantis mortis in atate adhuc florenti nempe 39. annorum: morbiq; sui gravitatem mirè exag- gerat. Tum deinde Dei erga se misericordiam predicat; ob quam se omnibus vite sue diebus Deum celebraturum profitetur. Quoniam autem corporalis infirmitas umbra quadam est spiritualis infirmita- tis, quam ex peccato contrahit anima; rectissime secundum allegori- cum sensum, carmen istud accommodatur ei, qui cum prius anima sua infirmitatem, æternæque mortis quam horrebat, interitum deplan- gebat: jam se Dei gratia sanatum, & ab æterna mortis damnatione liberatum gaudet; perpetuam gratiarum actionem pollicens.

Feria III. ad
Matutinum.

Propheta.
b

**EGO^b DIXI IN DIMIDIO DIERUM
MEORUM:**

Vadam ad portas inferi.

c
d
e
f
g
h
i
k
l
m
n

† **c** Quæsi residuum annorum meorum:
dixi; **d** Non videbo **d** Dominum Deum in terra viventium:
† non aspiciam hominem ultra,
e & habitatorem **e** quietis.
f † **f** Generatio mea ablata est;
g & **g** convoluta est à me quasi tabernaculum pasto-
rum.
† præcisa est velut à texente vita mea:
h dum adhuc **h** ordire, **i** succidit me.
De mane usque ad vespere finies me:
k † sperabam usque **k** ad mane:
l quasi leo sic **l** contrivit omnia ossa mea.
† de mane usque ad vespere finies me.
m Sicut pullus birúndinis sic **m** clamabo:
n **n** meditabor ut columba.

defeci à cognatione mea. g CONVOLUTA, id est, sublata. LXX. recessit. h ORDIRE, id est texere. i SUCCIDIT, scilicet textor Deus. k AD MANE, id est diutius, scilicet me victurum. l CON- TRIVIT, scilicet Deus vel morbus. m CLAMABO, pro, clamo vel clamabam, n MEDITABOR, id est gemo vel gemebam.

† defecerunt enim oculus mei videre altitudinem
caeli, ad Dominum:

qui misertus est mihi;

& abstulit dolorem animae meae.

† Domine, de ipso enim nuntiatum est tibi,
resuscitasti spiritum meum; & consolatus vixi.

liberasti animam meam ne periret:

& projecisti post me omnia peccata mea.

† Non enim qui in inferno sunt, laudabunt te:

neque qui mortui sunt, benedicent te:

neque sperabunt qui in inferno sunt, misericordiam tuam.

† qui vivunt benedicent te, quemadmodum &
ego.

* Aliter apud
LXX.

† * Pater filijs notam facit veritatem tuam,
Domine psalmos nostros cantabimus,
cunctis diebus vitae nostrae, in domo Domini.

o IN EXCELSUM, scilicet ad Deum p RESPONDE. quasi dicat, defende me. Hebr. Complut. *sponde*, Chald. *fac quod oro*. q FECERIT, scilicet quae patior. r SI SIC &c. quasi dicat, Si talis est humanae vitae conditio, ut corripas id est castiges & vivifices;

Orationes.

MSS.

1 **C**orripi nos Domine, quæsumus, in tua misericordia; qui non mortem peccatoris, sed vitam semper inquiris: ut psalmos nostros jugiter in domo tua canentes, ab inferi porta, te protegente, erui mereamur. Per Dominum.

Brev. Mozarab.

fol. 70. 384.

* al. pone post
tergum tuum.

2 **E**Ripe Domine animas nostras; ut non pereamus in interitu: nostrorum omnium facinora peccatorum *post tergum projice tuum; ut non deiciamur perditum in infernum: sed à te vivificati,

Attenua-

† Attenuati sunt oculi mei,
suspicientes ° in excelsum.

† Domine vim patior:
p responde pro me.

† Quid dicam? aut quid respondebit mihi,
cū ipse q fecerit?

† Recogitābo tibi omnes annos meos
in amaritudine animæ meæ.

† Domine si sic vivitur, & in talibus vita spiritūs
mei;

córripies me, & vivificābis me:
ecce in pace amaritúdo mea amarissima.

† Tu autem eruisti animam meam ut non periret:
projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

† Quia non l infernus confitēbitur tibi; neque mors
laudabit te:

non exspectābunt qui descendunt t in lacum u ve-
ritatem tuam.

† vivens, vivens ipse confitebitur tibi;
sicut & ego hodie.

Pater filijs notam faciet x veritatem tuam.

† Domine salvum me fac:

& psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vi-
tæ nostræ, in domo Domini.

ecce amara est. f INFERNUS, quasi dicat, mortui. Chald. qui
habitant in inferno. t LACUM, Chald. lacum perditionis. u
VERITATEM TUAM, id est tuarum promissionum impletio-
nem. LXX. misericordiam tuam. Chald. salutare tuum. x VE-
RITATEM. LXX. justitiam.

hinc fateamur; & veritatem tuam exspectantes,
psalmos nostros in domum tuam jugiter decante-
mus. *Re. Amen.* Per misericordiam tuam Deus &c.

fol. 208.

3 R Ecordare Domine Jesu Christe quoniam pas-
sus es in conspectu inimicorum tuorum; dum
te innocentem invenissent in fictionibus eorum:
sed quia nos ab inimicis nostris infestamur; præ-
sta, ut responsio nostra apud te vera inveniatur. *Re.*
Amen. Per misericordiam tuam Deus noster &c.

H h h h 3

ORA

* Ita cod. Vat.
82.

ORATIO * ABACUM PROPHETÆ
CUM CANTICO.

HRabanus
Maurus Ar-
chiepiscopus
Moguntinus.

* Habac. I.

*Legimus in sextodecimo Psalmo Oratio David, & in LXXXVIII. Oratio Moyfi hominis Dei: & in CI. Oratio pauperis cum anxius fuerit (&) coram Domino effuderit precein tuam. Et sicubi alibi nomen Orationis infertur. Attamen nullo loco cum Cantico legitur: & nescio an decens sit orare cum cantico: nisi forte iuxta Septuaginta, orare dicimus Prophetam pro adventu Christi; & hoc ipsum cum delectatione & psalmis & Canticis prophetare: ut in eo quod Oratio est, deprecetur Patrem; & in eo quod Canticum, Patris qui miserit Filium, & Filij qui venerit, laus dicatur. Sed melius iuxta Hebraicam veritatem legitur Oratio Habacuc Prophetæ pro ignorationibus. Contemplatus enim Propheeta statum sæculi præsentis; viderat pacem peccatorum, & afflictiones proborum; viderat impios abundare divitijs, & innocentes quotidianis subjectos esse flagellis; viderat in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem; viderat lacrymas innocentium, & consolatorem neminem; nec posse resistere calumniatorum violentia, cunctorum auxilio destitutos: sciensque quiddam hæc & innumera nequaquam absque divina provisione potuissent accidere; turbabatur animo: & intimo ex corde graviter suspirans, exclamavit ad Dominum: * Usquequo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non salvabis? & iterum: Mundi sunt oculj tui ne videas malum: & respicere ad iniquitatem non potes. Quare non respicis super iniqua agentes? & taces devorante impio justiore se? & facies homines quasi pisces maris, quasi reptile non habens principem. Verum inter hæc reduxit extemplo ad memoriam dispensationem Dominica Incarnationis ac Passionis; quæ in Spiritu prophetia cognoverat: intellexitque acrius multo quam oporteret, quæstum fuisse de afflictionibus in hac vita Sanctorum; quibus æterna esset promissa requies in futuro: cum nec ipse Dei Filius in carne apprensus, sine pœna crucis esset exiturus de mundo: qui de Spiritu Sancto ac Virgine matre nasciturus; & absque omni peccato erat victurus in mundo: & pro ignorationibus suis faciens orationem Domino, sic incipit.*

ORA-

ORATIO HABACUC PROPHETÆ

a PRO IGNORANTIIS.

Cornelius
Janfenius E-
piscopus Gan-
davenfis.

*Canticum Habacuc Prophetæ, præter alia hoc maxime obscurum facit; quod quæ in eo recensentur, promiscuè per verba futuri & præteriti temporis describuntur: ut dubium sit præterita ne an futura re-
textat. Verùm dum pleraque manifestè nimis de præteritis operibus,
à Deo olim pro salute populi sui præstitis, Prophetam loqui ad lit-
teram declarant: magis consentaneum, ut (sicut familiare est lin-
gua Hebræa) omnia futura, quæ à versu 4 (hic 7.) usque ad versum
19. (hic 40.) occurrunt, accipiantur pro præteritis. Quamquam &
ideo quis rectè dixerit promiscuè in illis versibus posita verba futura
& præterita; quod sic narret præterita; ut sub eis & futura
vaticinari velit: quæ vel pro liberatione Israelitici populi de capti-
vitate Babylonica; vel pro liberatione humani generis de potestate
diaboli, erant peragenda. Propheta enim postquam primo sua pro-
phetia capite futuram Judæorum per Chaldeos devastationem pro-
phetasset; atque ob eam divinam justitiæ rationem admiratus fuisset;
quod videret justiorem populum à peiore opprimendum: & deinde se-
cundo capite intellexisset, suo aliquando tempore Dei populum ab im-
piorum oppresse liberandum; impios autem Chaldeos perdendos:
 tandem hoc suo Canticum primùm orat Deum; ut post irrogatam po-
pulo suo ultionem peccatis debitam, solitam promissamque misericor-
diam exhibeat. Cujus misericordia ut certiores fidem faciat, re-
censet præca miracula Dei, quæ pro Israelis salute olim in mari
Rubro, in monte Sinai, in terra promissionis sub ducibus Mose, Josue
& Judicibus populi designavit. Deinde post prædictam terræ Judæ-
icæ desolationem, etiam subsequituram reductionem Israelis ad ter-
ram suam vaticinatur. Cum autem & quæ in populo Israelitico
ante tempora Habacuc facta sunt; dum is & ex Ægypto educeretur;
& in promissam terram induceretur & habitaret; & similiter liber-
ratio è captivitate Babylonica; omnia, inquam, hæc figura tunc
fuerint eorum, quæ pro nostra salute per Christum patranda erant:
oportet in his omnibus secundùm tropologicum sensum, intelligere
Prophetam & prophetare & orare futuram per Christum in pro-
digijs multis humani generis redemptionem, post diuinam illius sub
potestate diaboli captivatem: quemadmodum & illud de promissio-
ne adventus Christi ad redimendum nos, maxime intelligendum*

a PRO IGNORANTIIS, id est peccatis. sic etiam peccata vo-
cantur Psal. 24. est enim peccatum, error quidam. Vel, pro pec-
catis per ignorantiam commissis. Orat igitur hic pro populi
Judæici peccatis; ne scilicet Dei promissa impediatur, præsertim de
Christo venturo.

Domine

Feria VI. ad
Matutinum.

Ex Psalterio
Romano edit.
Ann. 1593. &
1663.
Propheta.

DOMINE AUDIVI AUDITUM TUUM, ET TIMUI:

considerávi ópera tua, & expávi.

† In medio duorum animalium innotescéris:
dum appropinquáverint anni, cognoscéris:
dum advénerit tempus, ostendéris.

† In eo dum conturbáta fuerit anima mea;
in ira, misericordiæ memor eris.

*for. Libano-
to.

† Deus à Libano veniet:
& Sanctus de monte umbróso & condenso.

Diapsalma.

† Opéruit cælos majéstas ejus:
& laude ejus plena est terra:

† Splendor ejus sicut lumen erit.
cornua sùnt in manibus ejus:

† ibi confirmáta est virtus gloriæ ejus;
& posuit charitátem firmam fortitúdinis suæ.

† Ante fáciem ejus ibit verbum; & exibit in campis.
Pedes ejus steterunt; & mota est terra.

b AUDITIONEM, id est nuntium, scilicet quod supra ei de Christo revelatum. *Auditio*, pro re audita, more Scripturæ: quasi dicat, quod me audire fecisti te revelante. c TIMUI, id est obstupui. LXX. addunt; *Domine consideravi opera tua, & obstupui*, seu *expavi*, scilicet admiratione tantæ bonitatis & potentiæ. d OPUS, scilicet redemptionis humanæ. e IN MEDIO ANNORUM, id est intra annos: quasi dicat, tempore à te præscripto. f VIVIFICA, id est effice, suscita. LXX. *in medio duorum animalium cognoscetis*. id est duorum Testamentorum, quæ in se vitam continent; vel populi Gentilis & Judaici: vel asini & bovis in præsepio. g IN MEDIO ANNORUM. LXX. *cum appropinquáverint anni*. h NOTUM FACIES, scilicet te vel demonstrabis quod promissisti. LXX. *cognoscetis*. i MISERICORDIÆ, scilicet exhibendæ: quasi dicat, exhibebis promissam misericordiam. k AUS- esse ex 3

* Hebr. x. 37.

esse ex *Paulo* constat, quod secundo capite dicitur; Scribe visum & explana eum super tabulas: ut percurrat qui legerit eum; quia adhuc visus procul. Et apparebit in finem; & non mentietur. Si moram fecerit; exspecta illum; quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus est, non erit recta anima ejus in semetipso: justus autem in fide sua vivet. Quod autem Titulus habet; Oratio Habacuc pro ignorantij: significat Prophetam pro peccatis per errorem commissis a se & populo suo, hanc ad Deum fuisse orationem.

Feria IV. ad Matutinum.

Propheta.

DOMINE AUDIVI b AUDITIONEM TUAM;

b

& c timui.

c

† Domine, d opus tuum

e f

c in medio annorum f vivifica illud.

g h

† g in medio annorum h notum facies:

i

cum iratus fueris, i misericordiae recordaberis.

k

† Deus ab k Austro veniet:

l

& Sanctus de monte l Pharán.

Semper.

m

† m Operuit caelos gloria ejus:

n

& n laudis ejus plena est terra.

o p

† o Splendor ejus ut p lux erit.

q

q cornua in manibus ejus:

r f

† r ibi ascóndita est f fortitúdo ejus.

c

Ante faciem ejus t ibit mors:

u

† & egredietur u diabolus ante pedes ejus.

x

x Stetit; & mensus est terram.

TRO, id est Bethlehem quæ ad Austrum, vel de Idumæa: quod Deuteron. 33. dicitur de Seir, quasi dicat, Ille veniet, qui olim se ostendit in Seir & Pharan. Vide Deuteron. 32. I PHARAN. LXX. umbroso. Hic additur Hebr. *Selah*, & LXX. *Diapsalma*. m OPERUIT & c. quasi dicat, veniet is cujus gloria caelos implet & superat. n LAUDIS, id est operum laude dignorum, seu perpetuo celebrandorum. o SPLENDOR, scilicet doctrinæ & miraculorum, p LVX, scilicet solis: quasi dicat, maximus. q CORNUA, id est vires, vel Crux, in cujus cornibus confixus, & per quam fortissimè vicit. r IBI, scilicet in Cruce, ubi infirmus videbatur. f FORTITUDO, hanc vocavit cornua. Fortè duo, quia fortis, & Deus & homo. t IBIT, id est discedet victa seu fugiet, scil. mortem moriendo destruxit. u DIABOLUS, scil. victus, juxta illud: *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras*. x STETIT, Præterita pro futuris: quasi dicat, stabit more victorum, qui subactam bello terram dividunt;

† Aspéxit; & defluxérunt gentes:
 & confrácti sunt montes veheménter:
 & defluxérunt colles æternáles.

* Sic distinguitur in cod. MS. & apud S. Augustinum lib. xviii. cap. 32. de civitate Dei.

* Itinera æternitatis ejus præ labóribus vidi.

† * tabernacula Æthiopum expavéscunt,
 tabernacula terræ Madián.

† Numquid in fluminibus ira tua Domine?
 aut in fluminibus furor tuus?
 aut in mari impetus tuus?

† Quoniam ascendens ascendes super equos tuos:
 & æquitátus tuus sanitas.

† tendens exténdens arcum tuum
 super sceptrá. Dicit Dominus.

Diapsalma.

† Fluminibus scindétur terra.
 Videbunt te, & dolébunt populi.

† Aspérgens aquas in itineribus suis:
 dedit abyssus vocem suam ab altitúdine phantasiae
 suae:

† elevátus est sol:
 & luna stetit in ordine suo.

† In lúmine jacula tua ibunt,

scilicet distribuet Apostolos & prædicatores per orbem. y ASPEXIT. scilicet misericorditer. z DISSOLVIT, pro solvit, scilicet a peccatis; vel quasi dicat, liquefecit seu peremit, scil. interficiens peccata, seu veterem hominem, & renovans per gratiam, a MONTES SAECULI, id est qui in mundo similes montibus antiquis, scilicet reges & principes; nam & ij etiam fidei se subdiderunt, vel veritatis vi prostrati. b INCURVATI, id est humiliati, c COLLES, id est potentes. Vide Isaiæ 40 d ABITINERIBUS & cæt. id est ob adventum æterni Dei in mundum. e PRO INIQUITATE, id est ob iniquitatem. f TENTORIA, scilicet eversa. g ÆTHIOPIAE, pro, Æthiopum, id est peccatorum, peccatis deformium. LXX. Æthiopum, h PELLEs, id est tabernacula: e pellibus enim fiebant. LXX. tabernacula, i MADIAN. Est Madian pars Æthiopiae; ut patet Num. 12. & 2 Paralip. 14. est ergo repetitio. k IN FLUMINIBUS, pro, in flumina, scilicet tantum: quasi dicat, Numquid solum ostendes potentiam tuam in siccando Jordanem & mare Rubrum; veluti ascensâ quadrigâ ad servandum tuos? l AUT IN FLUMINIBUS, scilicet Ægypti conversis in sanguinem olim: vel alludit ad id quod dicitur Lucæ 21 & Apoc. 8. & 16. de mari & fluvij, m QUI ASCENDES, Pro, cum ascenderis, vel ascenderes olim, n SALVATIO, scilicet populi tui. o SUSCITANS & c. y Aspéxit;

y z
a
bc
d
efg
hi
k
l
m
n
op
q r f
t u
x y
z a
b c
d e
f
g

aspexit; & dissolvit gentes:
 & contriti sunt a montes sæculi.
 incurvati sunt colles mundi
 ab itineribus æternitatis ejus.
 Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ:
 turbabuntur pelles terræ i Madián.
 Numquid k in fluminibus iratus es Domine?
 l aut in fluminibus furor tuus?
 m vel in mari indignatio tua?
 n Qui ascendes super equos tuos:
 & quadrigæ tuæ n salvatio.
 o Suscitans suscitabis p arcum tuum,
 q juramenta r tribubus quæ locutus es.
 Semper.
 t Fluvios u scindes terræ.
 x Viderunt te, & doluerunt y montes:
 z gurges aquarum a transijt.
 b dedit babyssus c vocem suam:
 d altitudo e manus suas levavit.
 f sol & luna steterunt in habitaculo suo.
 g In luce sagittarum tuarum g ibunt,

pro. omnino parabis. p ARCUM, id est potentiam velut arcum, scilicet contra fidei hostes. q JURAMENTA, pro, & juramenta scilicet suscitabis, id est implebis promissa: vel quasi dicat secundum juramenta. r TRIBUBUS, id est, genti israeliticæ. s LOCUTUS ES, id est fecisti loquendo cum Patribus, ut Abraham, Isaac, Jacob, David &c. vide Genes. 22. Michææ ultimo, Psalm. 88. & 131. t FLUVIOS, id est populos, u SCINDES, scilicet sistendo impetum, ut olim in Jordane fecisti: quasi dicat, reprimes vim hostium Ecclesiæ. x TE, id est tuam potentiam. y MONTES, id est mundi potentes. Quidam ad diem judicii referunt, juxta ea quæ dicuntur Luc 21. & Apocalip. 16. z GURGES AQUARUM. id est servos Dei persequentium impetus more aquæ inundantis. a TRANSIJT, pro transibit, id est cessabit, te scilicet reprimente. b ABYSSUS, id est copia aquarum, scilicet persecutorum. c VOCEM, id est strepitum, ut solent aquæ furibundæ, quasi dicat, vehementer persequentur impij fideles. d ALTITUDO, id est profunditas, scilicet abyssus, e MANUS SUAS, id est aquarum vim velut manus, scilicet persecutores vires suas contra Dei servos. Quidam hæc referunt ad laudes Dei decantatas, per abyssum id est homines, & altitudinem id est Angelos, celebrantes scilicet Christi victorias. f SOL ET LUNA, scilicet tempore josuæ olim: itemque in die judicii, cum scilicet cessabit motus cælorum, g IBUNT, id est fugient scilicet hostes

in splendore fulgōris armōrum tuōrum.

† In comminōne tua minorabis terram:
& in furōre tuo détrahes gentes.

† Existi in salútem pópuli tui,
ut salvos facias Christos tuos.

† Misisti in cápita inimicōrum mortem:
excitásti víncula usque ad cervíces.

In Finem.

† Præcidísti in alienatiōne cápita potentium:
movebúntur in ea gentes.

† adapérient lora sua,
sicut pauper edens in occúlto.

† Misisti in mare equos tuos,
turbántes aquas multas.

† Custodívi; & expávit venter meus
à voce oratiōnis labiōrum meōrum:

† & introívit tremor in ossa mea.
& subtus me turbáta est virtus mea.

† Requiéscam in die tribulatiōnis meæ;
ut ascéndam ad populum transmigratiōnis meæ.

† quóniam ficus non áfferet fructum:
& non erit generatiō in víneis.

† mentiétur opus olivæ:
& campi non fácient escas.

tui sagittis fulgentibus territi. Vide Sap. 5. Apoc. 16. seu potius
in infernum detrudentur tuis percussionibus veluti sagittarum icti-
bus & hastæ. h FREMITU, id est indignatione i TERRAM, id est
terrenos homines. k OBSTUPEFACIES, scilicet attonitos red-
dens supplicij: vel alludit ad illud Luc. 21. *Arescentibus homini-
bus præ timore* & c. l EGRESSUS ES. Præterita pro futuris. m
CAPUT, scilicet Antichristum. n DOMO IMPIJ, id est familia
diaboli; vel *impij*, pro impiorum. o DENUDASTI & cætera.
Quasi dicat, prorsus domum evertisti usque ad fundamenta. p US-
QUE AD COLLUM, scilicet evertisti. Quasi dicat, ut cum quis
mergitur aquis torus & obruitur; sic penitus delevisti. Vel, usque
ad conculcationem colli, quod solent victores facere. Hic iterum
Hebr. additur *Selab. LXX. In finem* id est perpetuo. Vide supra.
q MALEDIXISTI, scilicet destruendo. Dei dicere, facere est. r
SCEPTRIS EJUS, id est potentie, seu regno diaboli vel peccati. f
CAPITI, pro, capitibus, id est ducibus. t DISPERGENDUM, id

in

h i † In splendore fulgurantis hastæ tuæ.
 k † In h frémitu conculcábis i terram :
 l † & in furóre k obstupescías gentes.
 m n † † Egressus es in salutem populi tui,
 o p † in salutem cum Christo tuo ;
 † Percussisti m caput de n domo impij :
 † o denudásti fundaméntu m eju s usque ad collum.

Semper.

q r † q Maledixisti r sceptris ejus,
 s r capiti bellatorum ejus,
 t u † venientibus ut turbo ad t dispergendum u me.
 x † x exultatio eorum
 † sicut ejus qui dévorat pauperem in abscondito.
 y † y Viam y fecisti in mari equis tuis,
 † in luto aquarum multarum.
 z a † z Audivi ; & conturbátus est a venter meus :
 b † b à voce contremuérunt labia mea.
 c † c Ingrediatur putredo in ossibus meis ;
 † & subter me scateat :
 d e † d ut requiescam in die e tribulationis ;
 † ut ascéndam ad populum f accinctum nostrum.
 f † f ficus enim non florebit :
 † & non erit germen in vineis.
 g † g mentietur opus olivæ :
 h † h & arva non áfferent cibum.

est perendum. u ME. Loquitur in persona populi Dei. x EXUL-
 TATIO EORUM, scilicet tanta erat venientium. y FECISTI, pro,
 facies. Quasi dicat, incedes tu per medias calamitates, inde tuos
 eripiens. z AUDIVI, scilicet Dei terribile iudicium de malis. a
 VENTER, id est interjora seu viscera. b A VOCE, pro, ad vo-
 cem, scil. tuam mihi revelantem hæc. Vel quasi dicat, ita ut vocem
 edere non possem præ timore. c INGREDIATUR &c. quasi di-
 cat mala mihi hujus vitæ potius eveniant dum vivo, quam illa sup-
 plicia patiæ parata impijs. d UT REQUIESCAM, pro, modo ut
 requiescam. Hieron. 2. con. Pelag. e TRIBULATIONIS, scilicet
 damnatorum, vel iudicij ultimi. f ACCINCTUM, scilicet fortitu-
 dine. Quasi dicat, fortem & victorem, scilicet cum Christo reg-
 nantem. g FICUS ENIM &c. per hæc significatur magna bonorum
 spiritualium penuria futura tempore Antichristi. h MENTIETUR,
 id est faller operantem, scilicet non secuto fructu. Vel, opus vo-

- † defecerunt ab esca oves:
& non erunt in præsepio boves.
† Ego autem in Domino gloriabor:
gaudebo in Deo JESU meo.
† Domine Deus virtus mea, constitue pedes meos
in consummatione;
& super excelsa statue me:
ut vincam in claritate ipsius.

cat fructum, qui fallere dicitur, dum non provenit expectatus, i ABCINDETUR, id est peribit vel deficit. k JESU LXX. *salvatore. Chald. redemptore. l QUASI CERVORUM*, id est agi-

Orationes.

Cod. Card.
Chisij scrip-
tus ad initium
xi. sæculi.

1 **D**omine Jesu Christe, qui in substantia nostræ mortalitatis ostendi voluisti: & pro nobis patiens, Crucis cornua subire non reculasti: præsta quæsumus; ut tuæ divinitatis fieri participes, & in te semper gloriari atque gaudere mereamur. Qui vivis &c.

Missale Mozar.
in Parasceve
& Brev. fol.
221.

2 **U**nigenite Filius Dei Patris, de quo ante tam innumeros annos Propheta cantavit hunc versum; *In medio duorum animalium cognoscëris: cognitus*

* Cod. Vatic.
84.

*HYMNUS TRIUM PUERORUM.

HRabanus
Maurus Ar-
chiepiscopus
Moguntinus.

Hymnus trium Puerorum, quem Danielis Propheta liber continet, in Hebræo non habetur: sicut Interpres noster beatus videlicet Hieronymus testatur: sed ex LXX. vel aliorum Interpretum editione additus est. Ubi & antè narratur, quod Angelus Domini descenderit cum Azaria & socijs ejus in fornacem; & excusserit flammam ignis de fornace; & fecerit medium fornacis quasi ventum roris flantem; & non tetigerit eos omnino ignis; neque contristaverit, nec quidquam molestie intulerit. Potest & hic Angelus Domini, qui descendit cum tribus pueris in caminum ignis ardentis, & eos protexit ab ardore flammarum; typicè significare Dominum Salvatorem: quem Propheta magni consilij Angelum nominavit: eo quod sua & Paterna annuntiator est voluntatis. Hic quoque descendit in hunc mundum: ubi Rex Confusionis id est Diabolus, fornacem hoc est corda iniquorum, igne cupiditatis atque luxuria inflamat: ut fiat

i absin-

† i abscindetur de ovili pecus:
 & non erit arméntum in præsepibus.
 † Ego autem in Domino gaudebo:
 & exultabo in Deo ^k JESU meo.
 † Deus Dominus fortitúdo mea:
 & ponet pedes meos ^l quasi cervórum:
 † & super ^m excélsa ⁿ mea dedúcet me ^o Victor
 in psalmis canentem.

les. m EXCELSA, scilicet cælos. n MEA, scilicet cælum patria
 iustorum. o VICTOR, scilicet Christus, vel potius *victori*, ut leg-
 git Hieron. quasi dicat, Christi victoriam carmine seu cantu cele-
 brante m. & pro victoria mihi data gratias agentem.

planè es non solùm inter duos latrones pendens in
 ligno, vel duorum Testamentorum in medio: ve-
 rum etiam fugâ solis, occasu diei, concussione ter-
 rarum, Tu Christe descendisti ad inferos; & San-
 ctos sepulchra laxarunt: pietatem ergo tuam quæ-
 sumus; ut intelligere possimus quantum nobis re-
 surgens præstiteris in regno; qui nos moriens resu-
 scitasti cum gloria de inferno. (R. Amen. Per mise-
 ricordiam tuam Deus noster: qui es benedictus, &
 vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum. R.
 Amen.)

* **BENEDICTIONES TRIUM
 PUERORUM.**

* Ita cod. Va-
 tic. 1729.

Cornelius
 Janfenius
 Episcopus
 Gandavenfis.

*Canticum, quod Danielis tertio tres pueri in ardentem fornacem
 missi, uno ore decantasse scribuntur; similis omnino est argumenti
 cum Psalmo CXLVIII. Siquidem etiam in isto præ multis de Dei
 benignitate latitia mentis, tres adolescentes omnem creaturam ad
 creatoris laudem provocant; à caelestibus per media quæ in aère gig-
 nantur, ad inferiora descendentibus: per singula quæ vel in terra vel in
 aquis sunt discurrentes; donec tandem ad hominem deveniant: ubi
 peculiariter Dei populum & Sanctos, nominatim quoque se ipsos ad
 laudem adhortantur ejus, qui sua benignitate in eis mirabilia opera-
 tus erat. Hoc autem Canticum etsi in Hebræo non invenitur apud
 Danielem; sicut nec historia Susanna, & Belis, Draconisque:
 Ecclesia tamen Christiana tam apud Græcos quàm apud Lati-
 nos, ex Theodotio translatione hac publicè in templis cantanda*
 Spiritus

*Spiritus Sancti per gratiam suam electos suos ab hoc igne servet illa-
 sos: quatenus ejus laudibus intenti, pro ereptione sua gratias refe-
 rant liberatori suo. De quo subditur: Tunc hi tres quasi ex uno ore
 laudabant & glorificabant & benedicebant Dominum, in fornace, di-
 centes. Ipsi ergo tres viri, qui quasi ex uno ore laudabant & glorificabant
 & benedicebant Dominum; significant Electos Dei: qui in sancta
 Trinitatis fide solidati, unum Deum Patrem & Filium & Spiritum
 Sanctum adorant, colunt & pradicant. Laudant quidem eum
 recta credulitate: glorificant vera confessione: & benedicunt bona
 operatione. Unde etiam concorditer dicunt: Benedictus es Domine
 Deus patrum nostrorum; & laudabilis & gloriosus & superexaltatus in
 sæcula.*

*Dominica ad
 Matutinum.*

*Ex Psalterio
 Romano.*

Propheta.

BENEDICITE OMNIA OPERA DOMINI, DOMINUM.

- † Benedicite cæli Dominum.
 benedicite Angeli Domini Dominum
 - † benedicite aquæ quæ super cælos sunt Domi-
 num.
 benedicite omnes virtutes Domini Dominum.
 - † benedicite sol & luna Dominam.
 benedicite stellæ cæli Dominum.
 - † benedicite imber & ros Dominum.
 benedicite omnis spiritus Dominum.
 - † benedicite ignis & æstus Dominum.
 benedicite noctes & dies Dominum.
-
- † benedicite tenebræ & lumen Dominum.
 benedicite frigus & cæuma Dominum.
 - † benedicite pruina & nives Dominum.
 benedicite fûlgura & nubes Dominum.
 Benedicat terra Dominum.
 - † benedicite montes & cólles Dominum.
 benedicite omnia nascéntia terræ Dominum.
 - † benedicite mária & flumina Dominum.
 benedicite fontes Dominum.

& legere

Et legenda suscepit. Neque tamen apud Græcos, neque apud Latinos eadem omnino forma decantatur; qua apud Daniele[m] descriptum legitur. Nam omiſſis aliquot versibus in principio, apud utrasque incipitur ab eo versu: Benedicite omnia opera &c. Deinde apud Latinos quidem pars illa, Laudate & superexaltate eum in sæcula, qua apud Daniele[m] toties repetitur, quoties verbum Benedicite; in principio tantum & in fine canitur, duobus semper versibus in unum conjunctis; & in fine additum est: Benedicamus Patrem & Filium &c. Apud Græcos verò ijs creaturis, qua in duobus versibus ad laudem Dei invitantur, in unum versum conjunctis sub verbo Benedicite semel posito: tum deinde additur semper: Laudate & superexaltate eum in sæcula. Et in fine additur: Benedicite Apostoli, Prophetæ & Martyres Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula. Benedicamus Patrem &c. Et nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen. Laudemus benedicamus adoremus Dominum; & laudantes & superexaltantes eum in sæcula.

*Dominica ad
Matutinum.*

Propheta.

BENEDICITE OMNIA OPERA DOMINI DOMINO:

laudate & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite Angeli Domini Domino.
benedicite cæli Domino.

† benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt Do-
mino.

benedicite omnes virtutes Domini Domino.

† benedicite sol & luna Domino.

benedicite stellæ cæli Domino.

† benedicite omnis imber & ros Domino.

benedicite omnes spiritus Dei Domino.

† benedicite ignis & æstus Domino.

benedicite frigus & æstus Domino.

† benedicite rores & pruina Domino.

benedicite gelu & frigus Domino.

† benedicite glâcies & nives Domino.

benedicite noctes & dies Domino.

† benedicite lux & tenebræ Domino.

benedicite fûlgura & nubes Domino.

† Benedicat terra Dominum:

laudet & superexaltet eum in sæcula.

† benedicite montes & colles Domino.

benedicite univérſa germinántia in terra Domi-
no.

† benedicite fontes Domino.

benedicite maria & flúmina Domino.

† benedicite cete & omnia quæ moventur in aquis,
Dominum.

benedicite vólucres cæli Dominum.

† benedicite béstiæ & univérſa pecora Dominum.

Benedicat Israël Dominum.

† benedicite Sacerdótes Domini Dominum.

benedicite ſervi Domini Dominum.

† benedicite ſpiritus & animæ juſtórú Domi-
num.

benedicite ſancti & humiles corde Dominum.

† benedicite Ananía, Azaría, Miſaèl, Dominum.

Benedicamus Patrem & Fílium cum Sancto Spi-
ritu:

laudemus & ſuperexaltémus eum in ſæcula.

† Benedíctus es in firmaménto cæli;

& laudábilis & glorióſus & ſuperexaltátus in ſæ-
cula.

Orationes.

Cod. Vat. 84. 1 **D**Eus, quem omnia opera benedicunt, quem
cæli glorificant, Angelorum multitúdo col-
laudant; quæſumus te; ut ſicut tres pueros de cami-
no ignis non ſolum illæſos, ſed etiam tuis laudi-
bus conclamantes liberaſti; ita nos peccatorum
nexibus obvolútos, velut de voragine ignis eri-
pias: ut dum te Deum Patrem benedíctione lau-
damus, criminum flammæ, operumque carná-
lium incendia ſuperantes, hymnum tibi debitum
jure meritoque reddamus. Per Dominum.

Cod. Cardin. 2 **D**Eus, à quo cuncta creata benedici deſiderant,
Chifij ſcrip- & ipſe nullius horum indiges benedíctione;
tus ad ini- ſuſcipe propitius noſtri peccatoris hymnum: & con-
tium ſæculi. cede, ut liberati à morte perpetuâ, quandoque te
XI. in paradifi beatitudine cum Sanctis omnibus ſine
ſine glorificemus. Qui trinus & unus Deus vivis
& regnæs per immortalia ſæcula ſæculorum.

3 benedí-

† benedicite cete & omnia quæ moventur in aquis,
Domino.

benedicite omnes volucres cæli Domino.

† benedicite omnes bestia & pecora Domino.

benedicite filij hominum Domino.

† Benedicat Israël Dominum:

laudet & superexaltet eum in sæcula.

† benedicite Sacerdotes Domini Domino.

benedicite servi Domini Domino.

† benedicite spiritus & animæ, justorum Domino.

benedicite sancti & humiles corde Domino.

† benedicite Anania, Azaria, Misael Domino:

laudate & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spi-
ritu:

laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

† Benedictus es Domine in firmamento cæli;
& laudabilis & gloriosus & superexaltatus in sæ-
cula.

Brev. Moza-
rab.
fol. 53.

3 **D**omine Deus patrum nostrorum; laudabilis
enim & superexaltatus in sæcula tu es. Recte
ergo tuæ gloriæ nomen benedicetur in æternum;
& vel in magnis vel in modicis tu creator, tu opifex
sapientissimus declamaris: ideo quæsumus; (ut)
qui te orando pro universitatis conditione Do-
minum benedicimus; benedictæ sanctitatis illu-
stratione lætemur. *Re. Amen.* Per misericordiam
tuam Deus noster: qui es benedictus, & vivis, &
omnia regis in sæcula sæculorum. *Re. Amen.*

fol. 64.

4 **D**omine Deus, qui super Cherubim sedens, lau-
de magnificaris creaturæ subjectæ: ut dum
magna condideris; incomparabiliter tu magnifi-
centissimus æstimeris: tibi ad nutum obtempe-
rant cuncta, quæ te auctore subsistunt; & hoc il-
lis est in honore quod sunt à te condita & sunt sub-
jecta. Proinde ita proficere præsta: ut dum labia
in tuis benedictionibus pandimus; benedictio-
nem cælestis gratiæ impetremus. *Re. Amen.* Per mi-
sericordiam tuam &c. **K k k 2 CANTI-**

* Cod. Palat.
30. in Vatic.

* CANTICUM S. MARIÆ
MATRIS DOMINI.

HRabanus
Maurus Ar-
chiepiscopus
Moguntinus.

Beatissima Virgo Maria postquam se caelesti partu gravidam cognovit; nequaquam se de donis caelestibus, quasi à se hac essent, extulit: sed ut magis magisque donis esset apta divinis; in custodiam humilitatis mentis sua gressum fixit; memor Scriptura precipientis: Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Moxque ut Angelus, qui divinum ei partum nuntiabat, ad caelestia rediit, surgit, ad montana conscendit, gestansque in utero Deum, fervorum Dei habitacula petijt, ac requirit alloquia. In cujus adventu Elisabeth salutationem Matris Domini audiens; mox de ea prophetavit; & Matrem Domini ad se venisse testata est: quam benedictam inter mulieres esse; & benedictum fructum ventris ejus pronuntiavit. Insuper & ad vocem ejus narravit infantem in utero suo exultasse, Spiritu Sancto repletum. Hac quoque audiens Maria, non se jaeter inani gloria extulit; sed magis per humilitatem tota intentione animi gratias Deo retulit, dicens.

Eccli. III. 20.

Quotidie ad
Vesperum.

^a **M**AGNIFICAT ANIMA MEA DOMI-
NUM:

^{b c d} † & ^b exultavit ^c spiritus meus in Deo ^d salutari
meo:

^e † quia respexit ^e humilitatem ancillae suae.
^{f g} Ecce enim ex ^f hoc beatam me dicent omnes ^g ge-
nerationes:

† quia fecit mihi magna qui potens est:
^h & ^h sanctum nomen ejus:

^{i k} † & misericordia ejus ⁱ à progénie in progénies ^k ti-
mentibus eum.

^{l m} † Fecit potentiam in ^m brachio suo:
^{n o} ⁿ dispersit superbos ^o mente cordis sui.

^a MAGNIFICAT, id est laudibus effert, seu magnopere praedicat. ^b EXULTAVIT, pro, exultat. ^c SPIRITUS, id est anima. Repetitio more Hebraeo: quasi dicat, anima mea quanta quanta est. ^d SALUTARI, id est salvatore. ^e HUMILITATEM, Græcè ταπεινωσις id est parvitatem seu abjectionem. ^f HOC, scilicet tempore. ^g GENERATIONES, id est ætates seu gentes, scilicet fideles. ^h SANCTUM, scilicet venerandum & colendum. ⁱ A PROGÉNIE &c. quasi dicat, per omnes ætates subvenit. ^k TIMENTIBUS, id est colentibus religiose. Debetur Dei potentiae & sanctitati timor & reverentia. ^l FECIT, præterita pro præsentibus. ^m BRACHIO, id est virtute. ⁿ DISPERSIT, id est perdidit. ^o MENTE COR-
depõ.

Emanuel Sà.

† depósuit potentes de sede:
 & exaltávit humiles.
 † q̄ esurientes implévit bonis:
 & r̄ dívites f̄ dimísit inánes.
 † t̄ Suscépit ū Israél x̄ puerum suum;
 † y recordátus misericórdiæ suæ
 (sicut locútus est ad patres nostros)
 † z * * * z Abrahám & * semini ejus * * in sæcula.

DIS. Quasi dicat, elatos animo & arrogantes, p SEDE, id est dignitate seu potentia, q̄ ESURIENTES, scilicet iustitiam, vel pauperes, x̄ DIVITES scilicet in oculis suis, id est superbos, ut sit repetitio. Vel confidentes in divitijs, f̄ DIMISIT, scilicet a se. Quasi dicat, privavit divitijs seu bonis quibus gloriabantur, t̄ SUSCEPIT, scilicet succurrendo, ū ISRAEL, Accusativus est, x̄ PUERUM, id est servum, scilicet se colentem, y RECORDATUS, id est se memorem declarando, z ABRAHAM, Dativus est, qui regitur à misericordia scilicet promissæ, * SEMINI, id est posteris, * * IN SAECULA, id est in perpetuum, conjungendum cum misericordia, vel semini.

Orationes.

MSS. 1 **O**mnipotens sempiterne Deus, qui terrenis corporibus, Unigeniti Filij tui per venerabilem ac gloriosam semper Virginem Mariam infabile mysterium conjungere voluisti: petimus immensam clementiam tuam, ut remissionem omnium peccatorum nostrorum, quam in ejus veneratione deposcimus, te propitiante consequi mereamur. Per eundem Dominum.

Cod. Cardin. 2 **O**mnipotens sempiterne Deus, qui Ecclesiam tuam in Abrahæ semine, in omnibus Gentijs hæreditariam esse fecisti: concede propitius, ut te anima nostra sedulè magnificet; & spiritus noster in tuo salutari semper exultet. Per.

Brev. Mozarab. 3 **M**agnificat ecce te, Domine, redemptorem nostrum beatæ Genitricis voce omnis conventus Ecclesiæ: quia respexisti humilitatem Ancillæ tuæ, cùm te & Virgo sancta concepit; & Ecclesia credendo cognovit: cùm de illa prodieris;

Kkkk 3

ut istam

ut istam redimeres: cum illam beatam dicunt omnes gentes; in ista beatificentur populorum omnium nationes. Suscipe ergo Domine Israel populum tuum, memor misericordiae tuae; qui locutus es patribus nostris: ut complementum sit divinae promissionis, totius mundi redemptio singularis. *Rz. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in saecula saeculorum. *Rz. Amen.*

* Cod. Palat.
30. ib. Vatic.

* CANTICUM ZACHARIAE
PATRIS S. JOHANNIS,

HRabanus
Maurus Ar-
chiepiscopus
Moguntinus.
Quotidie ad
Matutinum.

Zacharias pater beati Joannis Baptista, licet propter dubietatem mentis diu fuisset expertus eloquio; munere tamen non est privatus divino: sed edito puero, cuius nomen tacendo conscripserat; gratia Sancti Spiritus illustratus, quid futurum esset in Dei populo propheta-
tando pronuntiavit, dicens.

a **B**ENEDICTUS DOMINUS DEUS
b ISRAEL:
c d quia visitavit & e fecit redemptionem d plebis suae:
e f & erexit e cornu salutis nobis
f g in f domo David g pueri sui:
h i sicut h locutus est per os sanctorum
i qui a saeculo i sunt, Prophetarum ejus;
k t k salutem ex inimicis nostris,
l t & de manu omnium qui oderunt nos:
l t ad faciendam misericordiam l cum patribus
m n nostris,
m n & m memorari n testamenti sui sancti:

Emanuel Sz.

a BENEDICTUS, scilicet sit, id est laudetur seu praedicetur. b ISRAEL, id est quem Israel colit. c FECIT REDEMPTIONEM, id est misit redemptionem. d PLEBIS, id est populo. e CORNU, id est robur, quasi dicat, fortem salutem dedit vel, fortem Ducem qui fervet. f DOMO, id est familia. g PUERI, id est servi. h LOCUTUS EST, id est promisit, seu praedixit. i SUNT pro, fuerunt. k SALUTEM, scilicet se daturum, nempe servaturum. l CUM PATRIBUS, pro, patribus scilicet promissam. m MEMORARI id est, ad declarandum se memorem. n TESTAMENTI, id est pa-
o iustu-

o jusiurandum, quod juravit ad Abraham patrem
 nostrum,
 daturum se nobis,
 † ut sine timore de manu inimicorum nostrorum
 liberati,
 serviamus illi
 † in sanctitate p & justitia coram ipso,
 omnibus diebus nostris.
 † Et tu puer, *Propheta Altissimi* vocaberis:
 q præbis enim ante faciem Domini q parare vias
 ejus;
 † ad dandam r scientiam salutis plebi ejus,
 in r remissionem peccatorum eorum,
 † per viscera r misericordiae Dei nostri.
 u in quibus visitavit nos x ORIENS y ex alto,
 z a † illuminare his qui in tenebris & in a umbra mor-
 tis b sedent;
 c d ad dirigendos c pedes nostros in viam d pacis.

eti. o JUSIURANDUM, pro, jurifurandi. Vel subintellige, implendum. p ET JUSTITIA, explicatio præcedentis: *justitia* enim sanctitas, & *justi* sancti. q PARARE, id est, ad parandum. r SCIENTIAM, id est cognitionem, f REMISSIONEM, scilicet per Christum obtinendam. r MISERICORDIÆ, scilicet quæ peccata remittuntur, & salus seu justitia prima datur non meritis: gratis enim justificamur. u IN QUIBUS, id est per quæ. x ORIENS. Nomen est substantivum, significans Messiam. Vide Zachar. 6 y EX ALTO, id est cælo: junge cum, *visitavit*. z ILLUMINARE, id est ad illuminandum. a UMBRA MORTIS. Repetitio: est enim id epitheton tenebrarum, quod mortis imaginem referant, b SEDENT, id est manent. c PEDES, id est affectus, d PACIS, id est in pacem ducentem, seu pacificam.

Orationes.

MSS. i Omnipotens sempiternæ Deus, qui beatissimum Præcursorem tuum Joannem Baptistam, ad præparandas Unigeniti tui vias nasci jussisti: præsta quæsumus: ut intercessionis ejus auxilium tribuas; & ad implenda mandata præpares voluntates. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum.

boup

Ut tibi

Cod. Cardin.
Chisij scrip-
tus ad ini-
tium xi. sæ-
culi.

2 **U**T tibi Domine in sanctitate & iustitiâ servire gaudeamus; expulsis, quæsumus, de cordibus nostris peccatorum tenebris & umbrâ mortis; pedes nostros in viam pacis propitius dirige: & ab omnibus iniquitatum scandalis indefinenter custodi. Per Dominum.

Brev. Moza-
rab.
fol. 374.

3 **C**Hriste Dei Filius, qui sanctificatum tibi Joannem Præcursorem tuum, prophetam tibi eligis; præparans tibi viam in principio viarum tuarum; & per te puerum illum ante te boni nuntium destinans; concede nobis sursum semper corda habere: ut Verbum, quod Vox adhuc tenta prædicavit in utero; peccatores indultæ pietatis munificet dono. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum. *R. Amen.*

CANTICUM SIMEONIS JUSTI.

HRabanus
Maurus Ar-
chiepiscopus
Moguntinus.

Narrat Evangelista Lucas, quod cum parentes Jesu Domini nostri ipsum puerum inducerent in Hierusalem ad templum Domini, ut facerent secundum Legem pro eo; & offerrent hostias secundum quod scriptum est in Lege Domini: demæ quod acceperit eum iustus Simeon in ulnas suas; & benedixit illum, prophetizans de ipso. Magna quidem Domini potentia; sed non minor claret humilitas: ut qui calo terraque non capitur, grandævi hominis gestetur totus in ulnis. Sed & tropicè accipit Simeon Christum, veteranus infantem; ut doceat nos exuere veterem hominem, qui corrumpitur cum actibus ejus, & renovato spiritu mentis nostræ, induere eum, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate & veritate: hoc est, deponentes mendacium, loqui veritatem, & cetera quæ ad novi hominis statum pertinent, ore corde & opere perficere. Accipit senior iustus secundum legem, & timoratus puerum Jesum in ulnas suas: ut significet iustitiam operum, quæ ex lege erant: quis enim nesciat opera per manus & brachia solere figurari? humili quidem salutaris fidei Evangelica gratia mutanda accipit senior infantem Christum; ut insinuet hoc sæculum quasi senio jam & longæva ætate defessum, ad innocentiam & (ut ita dixerim) infantiam Christiana conversationis rediturum; & sicut aquila, juventutem illius esse renovandam.

Quotidie ad
Completorium.

NUNC DIMITTIS SERVUM TUUM, DOMINE,
secundum verbum tuum, in pace:
† quia viderunt oculi mei Salutare tuum.

quod

† quod parasti ante faciem omnium populorum,
 † lumen ad revelationem Gentium,
 & gloriam plebis tuæ Israël.

Orationes.

1 **P**erfice in nobis, quæsumus, Domine gratiam tuam; qui justus Simeonis exspectationem implesti. Ut sicut ille mortem non vidit priusquam Christum Dominum videre mereretur; ita & nos vitam obtineamus æternam. Per eundem.

Brev. Moza-
rab.
fol. 38. 346.

2 **O**mnipotens Pater, & Domine Deus largire credenti tuo populo pacem: ut in templo tuo videamus Salutare tuum; quem Simeon justus ulnis suis accepit: ut qui lumen ad revelationem Gentium exstitit; indultor criminum * sibi met credentium sentiat. *Rz. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum. *Rz. Amen.*

* al. eorum-
met creden-
tium.

fol. 36. 346.

3 **B**eatam Domine illam justus tui Simeonis vocem fac in nobis pari diligentiam personare: ut quia vidimus & credimus Salutare tuum; in pace, cum jussis, dimittamur: non quod à te dimissos finis vitæ accipiat; sed per te absolutos à debito, in fine pax sempiterna possideat. *Rz. Amen.* Per misericordiam tuam Deus &c.

fol. 37.

4 **N**otum factum est Salutare Domine virtutum; factum est, prædictum Prophetarum præconio; visumque populorum aspectu: dum Simeon ulnis gestavit senex, quod Vates cecinerunt priores: pro quo & promissa & inchoata cognoscitur prophetia, ut requiesceret in pace; dum aspiceret pacem: & Jesus Dominus lumen in revelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israël, & promissus prodiret, & prædiens appareret; lumenque ejus proveniret in sæculo, quos cæcitas opprimerat tenebrarum in mundo. Præsta proinde precibus Ecclesiæ tuæ: ut quos mirabilia hæc fecisti agnoscere;

fol. 346.

ad te facias in pace pervenire. (Rz. Amen. Per misericordiam tuam Deus noster &c.)

5 **F**AC nos Domine, ut Salutare tuum, quem oculis fidei vidimus, placabilem in iudicio sentiamus: ut qui ad revelationem præparatus est Gentium; non ad punitionem, sed ad saluationem se iudicem ingerat redemptorum. Rz. Amen. Per misericordiam tuam &c.

fol. 346.

6 **O**Mnipotens Deus Pater & Domine largire credenti tuo populo pacem: ut qui Salutare tuum vidimus, visione gratiæ tuæ muneremur. Ut qui lumen ad revelationem exstitit Gentium, indultor criminum ipsemet credentium sentiat. Rz. Amen. Per misericordiam tuam Deus &c.

ALIA CANTICA

CANTICUM DEBBORÆ ET BARAC

in libro Iudicum.

Cap. v.

Debbora Prophetissa & Barach adversus Sisaram Principem exercitus Jabin Regis Chanaan dimicantes: terroreque divinitus immisso, exercitum una cum Sisara fugantes; quem profugum infixio clavo tempore ejus Jabel mulier occidit; hac pro ingenti victoria Domino cecinerunt.

QUI SPONTE OBTULISTIS DE ISRAEL ANIMAS VESTRAS AD PERICULUM, benedicite Domino.

† Audite reges, auribus percipite principes: ego sum, ego sum, quæ Domino canam; psallam Domino Deo Israel.

† Domine cum exires de Seir, & transires per regiones Edóm;

† terra mota est, cælique ac nubes^a distillaverunt aquis:

Emanuel S.

^a DISTILLAVÉRUNT. sc. præ timore sudantes, quasi dicat, montes

- b † montes^b fluxerunt à facie Domini;
& Sinai à facie Domini Dei Israël.
- c d † In diebus Samgar filij Anáth,
in diebus^c Jabel^d quieverunt sémitæ:
& qui ingrediebantur per eas, ambulaverunt per
calles dévios.
- e f † cessaverunt^f fortes in Israël & quieverunt;
donec surgeret Debbóra, surgeret mater in Israël.
- g † Nova bella elégit Dominus:
& portas hostium ipse subvertit.
- h † clypeus & hasta^h si apparuerint in quadraginta
millibus Israël:
cor meum diligit principes Israël.
- i † Qui propriâ voluntate obtulistis vos discrimini,
benedicite Domino.
- k † Qui ascenditis superⁱ nitentes afinos,
& sedetis in iudicio,
l † & ambulatis in via, loquimini.
Ubi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est
exercitus:
- m † ibi narréntur justitiæ Domini;
& cleméntia^m in fortes Israël.
- n † Tunc descendit populus Dominiⁿ ad portas:
& obtinuit principatum.
- † Surge, surge Debbóra,
surge, surge & loquere canticum.
- † Surge Barac;
& apprehénde captivos tuos fili Abinoém.

tus orbis tremebat. b FLUXERUNT. Repetitio. Videtur autem per montes & cælos, Principes intelligere. c IAHEL, de qua lib. Judic. c. 4 & inf. d QUIEVERUNT & c. quasi dicat, qui iter faciebat, non audebat præ timore ire viâ regiâ. e CESSAVERUNT. Chald. *desolata sunt*. LXX. *defecerunt*. f FORTES. Hebr. *Pa-gn. Chald. urbes*. LXX. *habitantes*. g NOVA BELLA & c quasi dicat, inusitata & mirabilia. Hebr. *Cum elegit* (sc. Israël) *deos novos, tunc bellum in portis* scil. habuit. h SI APPARUERINT, quasi dicat, nemo audebat arma sumere. i NITENTES. Hebr. *Can-didas*. k SEDETIS IN JUDICIO. Chald. *super iudicium*. LXX. *in iudicio*, quasi dicat, qui præstis iudicijs. Vel, qui equitatis commodè. l AMBULATIS, i. iter facitis. m IN FORTES, i. in exercitu fortium Israelitarum. n AD PORTAS, quasi dicat, ad eg-

- † Salvatæ sunt reliquiæ populi:
 Dominus in fortibus dimicavit.
- o † ex Ephraim delévit eos ° in Amaléc:
 p & post eum p ex Beniamin * in populos tuos ò Amaléc.
- † De Machir principes descendérunt,
 & de Zabulòn qui exercitum ducerent ad bellandum.
- † duces Issachàr fuere cum Debbóra;
 & Barác vestigia sunt secuti:
 qui quasi in præceptis ac bátrathrum se discrímíni dedit.
- q † Diviso contra se q Rubén,
 magnanimorum reperta est contentio.
- r † Quare habitas inter duos r terminos,
 f ut audias f sibilos gregum?
- † Diviso contra se Rubén,
 magnanimorum reperta est contentio.
- † Galaad trans Jordanem quiescebat:
 & Dan vacabat navibus:
- † Asèr habitabat in littore maris;
 & in pórtibus morabatur.
- † Zabulòn verò & Nephtalì obtulerunt animas suas morti
 in regione Meromé.
- † Venerunt reges, & pugnaverunt:
 pugnaverunt reges Chanaán
 in Thanac juxta aquas Mageddó:
 & tamen nihil tulere prædantes.
- † De cælo dimicatum est contra eos:
- † t stellæ manentes in ordine & cursu suo,
 adversus Sisaram pugnaverunt.
- † Torrens Cisón traxit cadavera eorum,

rediendum ex urbibus intrepidè. o IN AMALEC, i. Amalecitas.
 p Ex BENIAMIN. sc. fuit etiam victoria. q RUBEN, scil. dum
 vult ipse etiam opem ferre, orta est discordia. r TERMINOS, scil.
 inde hostium, hinc Israelitarum. Alij, caulas, f SIBILOS, quasi
 dicat, ut inter pecora maneat, nec adjuves fratres tuos in bello?
 t STELLÆ, pro, cæleste auxilium, seu Angeli.

- u torrens u Cadumim, torrens Cisoni.
 † Conculca anima mea robustos;
 ungulae equorum ceciderunt;
 fugientibus impetu,
 & per praecipua ruentibus fortissimis hostium.
- x † Maledicite terrae Merbz:
 dixit x Angelus Domini:
 maledicite habitatoribus ejus:
 quia non venerunt ad auxilium Domini,
 in adiutorium fortissimorum ejus.
- † Benedicta inter mulieres, Jahel uxor Habèr Cinai:
 & benedicatur in tabernaculo suo.
- † Aquam petenti lac dedit:
 & in phiala y principum obtulit z butyrum.
- y z † sinistram manum misit ad clavum;
 & dexteram ad fabricorum malleos:
 percussitque Sisaram;
 quaerens in capite vulneri locum,
 & tempore validè perforans.
- † Inter pedes ejus ruit:
 defecit & mortuus est.
 volvebatur ante pedes ejus:
 & jacebat exanimis & miserabilis.
- † Per fenestram respiciens, ululabat mater ejus;
 & de coenaculo loquebatur:
 Cur moratur regredi currus ejus?
 quare tardaverunt pedes quadrigarum illius?
- † Una sapientior caeteris uxoribus ejus,
 haec locui verba respondit:
 † Forsitan nunc dividit spolia:
 & pulcherrima feminarum eligitur ei.
- † vestes diversorum colorum Sisara traduntur in praedam:
 & suppellex varia ad ornanda colla congeritur.

u CADUMIM, quasi dicat, antiquissimus. Quidam tamen putant nomen esse proprium alterius torrentis. x ANGELUS, sc. loquens per me. y PRINCIPUM, quasi dicat, pulchra. z BUTYRUN, pro, lac.

a † Sic a péreant omnes inimici tui Domine:
qui autem diligunt te,
b sicut sol in ortu suo b^l splendet, ita rútilent.

a PEREANT, sc. ut Sifara. b SPLENDET, sc. & subinde fit lucidior.

Oratio.

Brev. Mozarab.
fol. 377.

De SS. Apostolis.

CHRISTE DEI FILIUS, qui præcedentibus Prophetis, novæ gratiæ filios introducis; dum Apostolos Prophetis quasi filios patribus succedere facis; qui propria voluntate animas suas offerunt:

Esaiæ v. 1.

CANTICUM ESAIÆ PROPHETÆ
DE VINEA DOMINI.

Ex S. Hieron.
in Esaiam.

Esaias Propheta de tribu Juda, cantat dilecto populo suo carmen lamentabile atque lugubre; quod Christus Patruelis suus, hoc est ex eadem secum tribu generatus, vinea sua Israel composuit. Itaque

Ex Antiphonario Romano MSS. & Brev. Mozarab. fol. 131.
DEUS.

Cantabo nunc dilecto canticum Dilècti vinea mea.

VINEA FACTA EST DILECTO IN CORNU ET IN LOCO UBERI.

Et maceriã circumdedi,
& circumfodi & plantavi vineam foréc,
† & ædificavi turrim in medio ejus:
& torcular fodi in ea.
& sustinui ut faceret uvas; fecit autem spinas.

† Et nunc homo Juda & qui habitatis (in Jerusalem,)

Emanuel Sâ.

a CANTICUM, sc. mæstum. b PATRUE LIS. Chaldaus & LXX. dilecti. Quasi dicat, canticum ipsius, seu de ipso, nempe de vinea sua, ut statim additur. c VINEÆ SUÆ, pro, de vinea sua. d CORNU, l. colle excelso. Chald. monte excelso. e FILIO OLEI, i. pingui. Chald. in terra pingui. f ELEGIT, quo-

quorum fors utique inter Sanctos inventa; quia prædicatio Apostolorum, præcedentium Prophetarum est vaticinio roborata: te poscimus & rogamus: ut qui utrorumque Testamentorum radijs dispositione mirificâ ordinasti, quò in veritatis ostensione dignè *atque pulcherrimè veteribus nova succederent: fac nos ipsis Apostolis tuis hæredes semper existere: ut quia per illos suscepimus fidem; cum his etiam habeamus te semper hæreditatem. *Rz. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum. *Rz. Amen.*

**CANTICUM ESAIÆ PROPHETÆ
DE VINEA DOMINI.**

Itaque Jerusalem plangitur: & sermone Prophetico illius ruina cantatur. Quæ omnia possunt & ad animæ humana referri statum: quæ à Deo plantata in bonum, non uvæ attulerit, sed labruscas.

Cantabo dilecto meo ^a canticum ^b Patruelis mei ^c vinea sua.

Propheta,
d c

VINEA FACTA EST DILECTO MEO,
in ^d cornu ^e filio olei.

f

† & sepivit eam: & lapides ^f elégit ex illa:

g

& plantavit eam ^g electam.

h

† & ædificavit ^h turrim in medio ejus:

i

& ⁱ torcular extruxit in ea.

k

† & exspectavit ut faceret ^k uvæ;

l

& fecit ^l labruscas.

DEUS.

† NUNC ERGO habitatores Jerusalem & viri
Júda,

pro, ejecit: quasi dicat purgavit eam lapidibus. Vel, *lapidum materia cinxit*, ut LXX. interpretantur. g ELECTAM, i. electis vitibus. h TURRIM. Chald. *sanctuarium*. i TORCULAR. Chald. *altare*. k UVAS. Chald. *opera bona*. l LABRUSCAS. Chald. *opera iniqua*.

judi-

- judicâte inter me & vineam meam.
 † Quid faciam vineæ meæ, quod adhuc ei non fé-
 cerim?
 quam sustinui ut faceret uvas, fecit autem spinas,
 † Et nunc ecce ego annúntio vobis quæ facturus sum
 vineæ meæ.
 Auferam macériam ejus; & erit in direptionem.
 & déstruam parietes ejus, & erit in conculcatio-
 nem.
 † & derelinquam vineam meam:
 & non putábitur neque fodiétur:
 & ascendent in eam sicut in agrum incultum spi-
 næ:
 & nubibus mandabo ne pluant super eam plu-
 viam.
 † Vineam enim Domini Sabaóth, domus est Israel:
 & homo Júda, novellum dilectum.
 † Sustinui ut fáceret judicium:
 fecit autem iniquitatem,
 & non justitiam, sed clamorem.

m AN QUOD. Hebr. *cur?* quasi dicat. Dignum ne fuit? n SEPTEM
 EJUS. Chald. *majestatem meam.* o MACERIAM. Chald. *domum*
sanctuarij. p NUBIBUS. Chald. *Prophetis.* q PLUANT SUPER
 EAM IMBREM. Chald. *prophetizent super eos prophetiam.*

Orationes.

Sacram. Gela-
 fianum in Pas-
 schate.

1 **D**Eus, qui in omnibus Ecclesiæ tuæ filijs, sancto-
 rum Prophetarum voce manifestasti, in om-
 ni loco dominationis tuæ satorem te bonorum se-
 minum, & electorum pálmítum esse cultorem:
 tribue populis tuis, qui & vinearum apud te no-
 mine censentur & ségetum; ut spinarum & tri-
 bulorum squalóre refecato, dignâ efficiantur fru-
 gæ fœcundi. Per Dominum nostrum Jesum Chri-
 stum.

Idem in Pen-
 tecoste.

2 **O**Mnipotens, sempiternè Deus, qui per unicum
 Filium tuum, Ecclesiæ tuæ demonstrasti te ef-
 judi-

judicate inter me & vineam meam.

† Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci ei?

† ^m an quod expectavi ut faceret uvas; & fecit labrúscas?

† Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ.

ⁿ ^o Auferam ⁿ sepem ejus; & erit in direptionem: diruam ^o maceriam ejus; & erit in conculcationem

† & ponam eam desertam: non putabitur & non fodietur:

& ascendent vepres & spinæ:

^p ^q & ^p nubibus mandabo ne ^q pluant super eam imbrem.

† Vineam enim Domini exercituum, domus Israël est:

& vir Júda, ^r germen ejus delectabile.

^f & expectavi ut faceret ^f iudicium;

& ecce iniquitas:

& justitiam;

^t & ecce ^t clamor.

^r GERMEN EJUS DELECTABILE. Chald. *plantatio latissia ejus*, i. ei jucunda. LXX. *novella plantatio dilecta*. ^f JUDICIUM, i. quod justum est. ^t CLAMOR, sc. oppressorum. Vel quasi dicat. clamant ad me iniustitiæ. Chald. *multiplicant peccata*.

se cultorem, omnem palmitem, fructum in eodem Christo tuo (qui vera vitis est) efferentem clementer excolens, ut fructus afferat ampliores: fidelibus tuis, quos velut vineam ex Ægypto per fontem Baptismi * pertulisti, nullæ peccatorum spinæ prævaleant: ut Spiritus tui sanctificatione muniti, perpetuâ fruge ditentur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat Deus in unitate ejusdem Spiritus Sancti, per omnia sæcula sæculorum.

642
Brev. Moza-
rab.
fol. 131.

Cantica

Vet.

3 **D**omine, qui Israeliticam vineam pro fructibus
repulisti spinarum: amplia Ecclesiam tuam
illatione virtutum: ut maceria, qua illi detecti
sunt, praceptorum nos ambiat: & turrim regni
torcularque altaris, quod illis imminuis, nobis im-

Esaie xxvi.
1.

**ALIUD CANTICUM ESAIÆ PRO-
PHETÆ.**

*Canticum istud, quod in terra confessionis & laudis Sancti ca-
nant, de Domino Salvatore loquitur. Cujus adventu, caelestis Urbis
aperta sunt porta; vetus est idololatria, error ablatu, pax servata,
superbi*

Propheta.
Ex Brev. Mo-
zarab.
fol. 12.
*Hæc tria ver-
ba non ex-
stant apud
LXX.

**ECCE CIVITAS VIRTUS ET SALVATIO
NOSTRA.**

pone murum, & circa murum munitionem muri.
† * Post * sceptrum * viri, aperite portas:
intret plebs custodiens justitiam,
participes qui sunt veritatis, custodientes pacem.
† Quoniam in te speraverunt Domine usque in æ-
ternum.
Deus magnus & æternus.

† Quomodo humiliasti & deduxisti eos,
qui commorabantur in altissimis!

† Civitates firmissimas dejicies;

& deduces eas usque ad humum:

& conculcábunt eas pedes mansuetorum & hu-
milium.

† Directa facta est via piorum:

& præparatum est iter sanctorum:

Emanuel Sâ.

a SALVATOR, sc. est. Quasi dicat, Christus est fortitudo nostra.
Chald. & LXX. *salus*. b PONENTUR &c. quasi dicat, erunt tu-
tissimi fideles in Ecclesia. c PORTAS, scilicet Ecclesie vel caeli.
d VERITATEM, scil. Evangelium. e IN SAECULIS &c. pro,
in saecula æterna, i. in perpetuum. Potest autem conjungi cum
pertias:

pertias : ut imbre nubium in pluviam ruptâ, flammarum debitas vepres non exhibeamus; sed fruges cœlestes benignus & in nobis nutrias, & ex nobis accipias. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum. *R. Amen.*

ALIUD CANTICUM ESAIÆ PROPHETÆ.

(superbi humiliati; atque pedibus pauperis, gressibusque egenorum, Christi videlicet & Apostolorum sunt conculcati.)

Propheta.

URBS FORTITUDINIS NOSTRÆ SION,
^a SALVATOR.

a
b
c
d
†
†
c
f
g
h
i

b ponétur in ea murus & antemurále.

† Aperite ^c portas:
& ingrediatur gens iusta, custodiens ^d veritatem.

† Vetus error abiit:
servabis pacem pacem;
quia in te speravimus.

† Sperastis in Domino ^e in sæculis æternis,
in Domino Deo forti in perpetuum.

† Quia incurvabit ^f habitantes in excelsis:
g civitatem sublimem humiliabit.

† humiliabit eam usque ad terram:
détrahet eam usque ad pulverem.

† h Conculcabit eam pes,
pedes ⁱ pauperis, gressus egenorum,

† Sémita iusti recta est:
rectus callis iusti ad ambulandum.

(sperastis, vel. cum, Domino. f HABITANTES &c. id est, superbos, vel Jerosolymitanos. g CIVITATEM. sc Jerusalem, vel Romam, vel mundum. h CONCULCABIT, i. subijciet, vel contemnet. i. PAUPERIS, sc. Christi & Apostolorum.)

† via enim Domini, iudicium.
Speravimus in nomine ejus, & in memoria quam
concupivit anima mea.

k IN SEMITA &c. quasi dicat, dum nos punis, vel in rectitudine, seu iustitia. l SUSTINUIMUS, i. expectavimus, scil. ut opem ferres, seu liberares. m MEMORIALE TUUM, i. tui me-

Oratio.

Brev. Moza-
rab.
fol. 135.

URbs fortitudinis nostræ, saluationis tuæ muro
nos protege; nosque & intrinsecus ab hoste de-
fende: ut intra extraque tuâ protectione muniti, in

Esaiæ xxvi. 9.

ALIUD CANTICUM ESAIÆ PRO-
PHETÆ.

*Canticum istud petit ut percutiantur impij, & pax post cuncta
donetur: & Sanctos dicens propter timorem Domini parturi-
re & parere spiritum salutis, habitatoresque terra corruiere,
quia*

Propheta.

Ex Psalterio
Ambrosiano.
sub S. Carolo

DE NOCTE VIGILAT SPIRITUS MEUS
AD TE DEUS:

- † quia lux est præcepta tua super terram.
† Iustitiam discite qui habitatis terram:
cessavit enim impius.
† Omnis qui non didicerit iustitiam super terram,
veritatem non faciet.
† Tollatur impius,
ne videat maiestatem Domini.

Emanuel Sâ.

a CUM FECERIS &c. i. cum punieris peccatores. LXX. *quia lux
præcepta tua super terram.* b MISEREAMUR, sc. expectando
ad penitentiam. Vox Dei. c IN TERRA SANCTORUM &c.
quasi dicat, habitans inter iustos. LXX. *tollatur impius, ne vi-*

Et

k l † Et ^k in sēmita iudiciorum tuorum, Domine, ^l sū-
stinuimus te:

m n nomen tuum & ^m memoriale tuum ⁿ in desiderio
animæ.

o Anima mea ^o desideravit te in nocte.

moria, vel tuam nostri memoriam. n IN DESIDERIO ANI-
MAE, pro, desideravimus, o DESIDERAVIT. LXX. *consurgit*
ad, p TE. Chald. *orare te.*

tua pace atque quiete mereamur jugiter permanē-
re. *Rz. Amen.* Per misericordiam tuam Deus no-
ster: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in
sæcula sæculorum. *Rz. Amen.*

**ALIUD CANTICUM ESAIÆ PRO-
PHETÆ.**

*quia salutes non fecerunt in terra; mortuorum resurrectionem
apertè prænuntiat.*

Propheta.

* **D**E MANE VIGILABO AD TE.

a * Hinc incipit hoc Canticum in cod. vetustissimo Vatic. olim Reginae Suetiæ.
^a Cū feceris iudicia tua in terra;
iustitiam discent habitatores orbis.

b † Misereamur impio:

& non discet iustitiam.

c † In terra sanctorum iniqua gessit:

& non videbit gloriam Domini.

d e † Domine ^d exaltetur manus tua; & ^e non vide-

ant:

f videant, & confundantur ^f zelantes populi:

*deat gloriam Domini. d EXALTETUR & c. quasi dicat, ostende
tuam potentiam. Vel. puni. e NON VIDEANT, scilicet, ad sa-
lurem, sed confusionem. f ZELANTES, i. invidentes, scilicet, Iu-
dæi saluti Gentium. Vel. zelantes non secundum scientiam.*

- † Domine Deus excelsum est brachium tuum, & nescierunt:
 dum autem adveneris, scientes confundentur.
 † Zelus apprehendet populum ineruditum:
 & nunc ignis adversarios consumit.
 † Domine Deus noster pacem da nobis:
 omnia enim reddidisti nobis.
 † Domine Deus noster posside nos:
 Domine præter te alium nescimus:
 nomen tuum nominamus,
 † Mortui autem vitam non videbunt:
 neque medici suscitabunt.
 † Ideo superinduxisti & perdidisti & sustulisti om-
 nem masculum eorum.
 † Adde illis mala Domine:
 adde mala omnibus gloriosis terræ.
 † Domine in tribulatione memor fui tui:
 in tribulatione modicâ, eruditio tua est nobis.
 † & sicut parturiens proxima ut pareret, in dolore
 suo exclamavit:
 ita facti sumus in dilecto tuo.
 † propter timorem tuum Domine
 in utero accepimus & doluimus & peperimus spi-
 ritum salutis tuæ;
 quem *fecisti super terram.
 † Non cademus, sed cadent qui inhabitant super
 terram:
 exurgent mortui; & resurgent qui in monumen-
 tis sunt:

* al. fecimus.

g POSSEDERUNT &c. LXX. posside nos Domine: extra te alium non scimus; invocamus nomen tuum. h DOMINI, sc. Dæmon Mundus & Caro. i IN TE, scil. confidimus. k MORIENTES, sc. in peccatis. l VIVANT, pro, vivent, scil. cum iustis. m GIGANTES, i. tyranni, seu oppressores aliorum. n RESURGANT, pro, resurgent, sc. ad vitam æternam. Vide Psalm. I. o INDULSISTI, sc. remittendo peccata, vel non puniendo. p GLORIFICATUS ES? scil. cer ab ingratis. q ELONGASTI, i. produxisti, quasi dicat, dilatasti Ecclesiam. r MURMURIS i. ingemiscente. Chald. tacitè, LXX. parva. s EIS, scil. adhibetur. vel, prodest. & ignis

& ignis hostes tuos devoret.

† Domine dabis pacem nobis:
omnia enim opera nostra operatus es nobis.

g h † Domine Deus noster, g possederunt nos h domini
absque te:

i tantumⁱ in te recordemur nominis tui.

k l † k Morientes non^l vivant:

m n m gigantes nonⁿ resurgant.

† Propterea visitasti & contrivisti eos:

& perdidisti omnem memoriam eorum.

o † o indulxisti genti Domine, indulxisti genti:

p numquid p glorificatus es?

q q elongasti omnes terminos terræ.

r † Domine, in angustia requisierunt te:

in tribulatione r murmuris, doctrina tua r eis.

† Sicut quæ concipit cum appropinquaverit ad par-
tum,

dolens clamat in doloribus suis;

sic facti sumus t^a a facie tua Domine.

† Concépimus & quasi parturivimus & pepérimus
spiritum.

u u salutes non fecimus in terra:

x † ideo non x ceciderunt habitatores terræ,

y z Vivent mortui y tui; interfecti z mei resurgent.

† Expergiscimini & laudate qui habitatis in a pulvere:

a b c Quia ros b lucis, c ros tuus;

d & terram d gigantum detrahes in ruinam.

e † Vade populus meus, intra e in cubicula tua:

r A FACIE TUA. Chald. *quia peccavimus coram te.* LXX. *prop-
ter timorem tuum.* u SALUTES, i. opera salutis, x CECIDE-
RUNT, i. Deo se humiliaverunt. Vel, ideo a nobis superari non
potuerunt. y TUI, i. propter te, vel in gratia tua. z MEI Vox
Dei, a PULVERE, i. humilitate, vel quasi dicat, sepulti. b LU-
CIS, i. matutinus. LXX. *sanitatis ipsius est.* c ROS TUUS, i.
gratia vel auxilium. d GIGANTUM, i. improborum, seu vio-
lentorum. e IN CUBICULA, i. sepulchra, Hieron. Epistola 61
& Tertullianus lib. de resurrectione carnis.

& lætabuntur qui sunt super terram.

† ros enim qui abs te est, sanitas est illis:

terra verò impiorum peribit.

† Ambula populus meus, & intra in recessus tuos:

† claude ostium tuum; & absconde te post illud aliquantulum, donec transeat ira Domini.

f INDIGNATIO, sc. Dei. Vide locum similem Job 14. g EGREDIETUR, sc. ad puniendum: quasi dicat, manifestabit suam potentiam, h REVELABIT, i. manifestabit, i SANGUINEM &c.

Orationes.

Brev. Mozarab. fol. 71. 106.

i DE nocte vigilantem ad te spiritum nostrum, luce Deus decora præceptorum tuorum illustra: & in tempestate requirentium te, vigil ut lux adesit meridiana. Nullæ nos tenebræ te sequentes impediunt; nec iniustitiæ amor nostra à te vestigia retrahat: sed valeamus iustitiam discere, te auctorem iustitiæ proficienti postulamus aviditate: ac

CANTICUM IONÆ PROPHETÆ.

Jonæ 11, 3.

Jonas missus in mare, & à ceto magno deglutitus; postquam in ejus utero sospitem esse se sentijt, non desperans de Domini misericordia, ad Dominum Deum suum orat: desideransque in profundo maris positus, videre templum Domini; spiritu Prophetæ alibi est, & alibi

Propheta:
EX Psalterio
Ambrosiano.

CLAMAVI AD DOMINUM DEUM MEUM IN TRIBULATIONE MEA:

† & exaudivit de ventre inferni clamorem meum.

Et exaudivisti vocem meam.

Emanuel Sâ.

a CLAMAVI, sc. cum projicerer in mare. b INFERI, i. ceti: qui velut sepulchrum erat, vel ut infernus; sc. profundum quiddam claude

- claude ostia super te.
 † abscondere modicum ad momentum,
 donec pertranscat indignatio.
 † Ecce enim Dominus egrediétur de loco suo,
 ut visitet iniquitatem habitatoris terræ contra
 eum:
 & h revelabit terra i sanguinem suum:
 & non operiet ultra interfectos suos.

Chald. *sanguinem innocentem super se effusum.* Quasi dicat, ap-
 parebunt peccatores, & punientur a Deo.

dum te visu perpēti amplecti concupiscimus; tuæ
 quoque sapientiæ amplexibus perenniter hærea-
 mus. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus nos-
 ter: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in
 sæcula sæculorum. *R. Amen.*

fol. 249.

- 2 PONE Domine Spiritum tuum in nos; ut partu-
 riamus spiritum salutis, quem fecisti super ter-
 ram: ut ipso nobiscum in æternum manente, nul-
 lis pœnis cruciemur in futuro examine. *R. Amen.*
 Per misericordiam tuam Deus noster &c.

CANTICUM JONÆ PROPHETÆ.

& alibi contemplatur. Porro sicut Jonæ in mare demersio, passio-
 nem indicat Salvatoris: ita & oratio illius, typus est Dominice
 orationis.

Propheta.

- a CLAMAVI DE TRIBULATIONE MEA
 AD DOMINUM:
 & exaudivit me.
 b De ventre b inferi clamavi;
 c & c exaudivisti vocem meam.

& tenebrosum atque horribile. Chald. *de infirma abyssu.* c EXAU-
 DISTI. sc. sentiebat se nihil lædi; & sperabat se inde liberandum.

- † Projecisti me in altitudinem cordis maris:
& flumina me circumdederunt.
- † omnes altitudines tuæ & fluctus tui super me tran-
sierunt.
- † & ego dixi: *Expulsus sum ab oculis tuis:*
forsitan adijciam, ut respiciam ad templum sanctum
tuum.
- † *Circumsusa est mihi aqua usque ad animam meam:*
*abyssus circumiit me *postremo.*
- * Postrema.
Id est, novis-
sima. Ut a-
pud S. Am-
brosium in
Psal. XLIII.
- † *ingressum est caput meum in scissuris montium:*
descendi in terram, cujus vectes sunt continentes æterni.
- † *Et ascendat de corruptione vita mea ad te Domine Deus*
meus.
- † In hoc quod defecit anima mea à me, Domini me-
moratus sum:
- † & veniat oratio mea ad templum sanctum
tuum.
- Observantes vana & falsa, misericordiam suam
dereliquerunt:
- † ego autem cum voce confessionis & supplicatio-
nis immolabo tibi:
- † quæcumque vovi, reddam tibi salvatori meo Do-
mino.

d CORDE, i. medio. e FLUMEN, i. aquæ copia, seu flu-
ctus. LXX. *flumina*. f GURGITES, i. aquarum copia. Chald.
tempestates. LXX. *elevationes*. Vide Psalm. 41. ubi e-
dem prorsus verba, quæ hic & Hebr. & in LXX. g EGO DIXI
&c. quasi dicat, putabam me à te derelictum, h VIDERO,
i. spero me visurum, i ANIMAM, i. animæ seu vitæ peri-
culum. Chald. *mortem*. Vide similem phrasim Psalm. 68.
k EXTREMA. Chald. *radices*. LXX. *scissuras*, scilicet ca-
vernæ, quæ sunt ad montium radices prope mare. l VECTES,
pro. velut vectes. Quasi dicat, ita eram conclusus, ut qui vectibus
clauditur. m IN ÆTERNUM. Quasi dicat, nisi Dei potentia

Oratio.

Brev. Moza-
rab.
fol. 191.


† SALVATOR noster & Domine, fac nos votum ti-
bi ex corde puro vovère: ut infatigabili cursu
Et

d † Et projecisti me in profundum in d corde ma-
ris;
e & e flumen circumdedit me.
f omnes f gurgites tui & fluctus tui super me trau-
sierunt.
g † & g ego dixi: Abiectus sum à conspectu oculorum tuo-
rum:
h verumtamen rursus h videbo templum sanctum tuum.
i † Circumdederunt me aquæ usque ad i animam:
abyssus vallavit me; pèlagus operuit caput meum:
k ad k extrema montium descendi:
l m † terra l vèctes concluderunt me m in æternum.
n & sublevabis de corruptione vitam meam Domine Deus
meus.
† Cùm angustiaretur in me anima mea,
Domini recordatus sum;
o p o ut veniat ad te oratio mea ad p templum san-
ctum tuum.
q † Qui q custodiunt vanitates frustra,
r misericordiam suam derelinquunt.
† ego autem f in voce laudis t immolabo tibi:
quæcumque vovi, reddam pro salute Domi-
no.

numquam inde exire possem, scilicet ex illis scopulorum cavernis. LXX. *aterni*. Quasi dicat, fortissimi. n ET, pro, tamen. o UT VENIAT. Pro, ut veniret. LXX. & *veniat*. Chald. & *venit*. p TEMPLUM, scilicet cælum, vel templum Jerosolymitanum, ubi Deus solebat exaudire; quodque se Jonas animo videtur convertisse dum oraret. q CUSTODIUNT VANITATES, i. colunt idola. r MISERICORDIAM SUAM, scilicet Deum, à quo misericordia cuique expectanda est. f IN VOCE LAUDIS, i. laudando te. t IMMOLABO, scilicet hostias.

tua servantes præcepta, patienter adversa cuncta toleremus præsentia. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum. *R. Amen.*

Ita cod. vetu-
tiffimus Vat.
olim Reginae
Suetiae.

* CANTICUM HIEREMIAE. 

*Propheta vastationem urbis Jerusalem, & casum populi Ju-
daeorum historialiter deplorat: & spiritualiter ruinam anima-
rum fidelium, & vastationem quam passa sunt à nequitijis
spiritualibus*

Propheta.
Ex eodem
cod. & Brev.
Mozarab. fol.
123.

MEMENTO DOMINE QUID FACTUM
SIT NOBIS:

aspice & vide opprobrium nostrum.

† Hereditas nostra conversa est alienis;
domus nostræ peregrinis.

† Orphani facti sumus, velut non habentes pat-
res:
matres nostræ sicut viduæ.

† Aquas nostras in pecuniâ bibimus:
& ligna nostras in commutatione accepimus.

† In cervices nostras curvati sumus:
laboravimus, requiem non accepimus,

† Ægyptus dedit manus Assirij,
in satietate ipsis.

† Patres nostri peccaverunt, & non sunt:
nos autem iniquitates eorum exsolvimus.

† Servi dominati sunt nobis:
& non est qui redimat de manibus eorum.

† In animabus nostris acquisivimus panem nost-
rum,
à facie gladij & solitudinis.

† Pellis nostra ut clibanus livida facta est
à facie plagarum famis.

† Mulieres in Siòn humiliatæ sunt:

Emanuel Sâ.

a OPPROBRIUM. scil. quò afficimur à Gentibus. b PUPILLI.
pro. veluti pupilli, c NOSTRAM, i. nobis necessariam. Vel, alias
nostram, sed captam ab hostibus. d MINABAMUR, pro, traher-
batur. e DEDIMUS MANUM. scil. supplicantes, vel fœdus fa-
cientes. f INIQUITATES, i. iniquitatum pœnam. g SERVI,

ORATIO

Thren. iv.

ORATIO HIEREMIÆ PROPHETÆ.

ſpiritualibus, ſtebiliter commemorat. Ad extremum verò ipſius Domini opem & miſericordiam ſubvenire afflictiſ, humiliter deprecatur.

Propheta,

RECORDARE DOMINE QUID ACCIDERIT NOBIS:

- a** intuere & reſpice ^a opprobrium noſtrum.
Sic diſtinguntur hi verſus in noſtro vetuſto grandi cod. Bibliorum.
b † Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos;
 domus noſtræ ad extraneos.
c † ^b Pupilli facti ſumus abſque patre:
 matres noſtræ quaſi viduæ.
d † ^c Aquam noſtram pecuniâ bibimus:
 ligna noſtra pretio comparavimus.
e † ^d Cervicibus noſtris minabamur:
 laſſis non dabatur requies.
f † ^e Ægypto dedimus manum & Aſſyrijs;
 ut ſaturaremur pane.
g † ^f Patres noſtri peccaverunt, & non ſunt:
 & nos iniquitates eorum portavimus.
h † ^g Servi dominati ſunt noſtri:
 non fuit qui redimeret de manu eorum.
i † ^h In animabus noſtris afferebâmus panem nobis
 à facie gladij in deſerto.
k † Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt
 à facie tempeſtatum famis.
l † Mulieres in Siôn humiliaverunt:

ſcilicet olim noſtri, ut Idumæi, Moabitæ &c. **h** IN ANIMABUS NOSTRIS, i. cum vitæ noſtræ periculo, **i** A FACIE GLADIJ, i. propter hoſtes gladijs inſequentes, **k** A FACIE &c. i. ob calamitoſam famem. **l** HUMILIAVERUNT, ſcilicet violantes.

& virgines in civitatibus Júda.

- † Principes in manibus eorum suspensi sunt:
& faciem seniorum non glorificaverunt.
- † Potentes molis molebant:
& juvenes ligno confixi sunt.
- † Senes ad portas defecerunt:
& electi à psalmis suis cessaverunt.
- † Dissolútum est gaudium cordis nostri:
conversus est in luctum chorus noster.
- † Cécidit corona cápitis nostri.
Væ nunc nobis quoniam peccavimus.
- † Propter hoc factum est in dolore cor nostrum:
propter hoc excæcati sunt oculi nostri super mon-
tem Sión:
- † quia exterminatus est;
vulpes transierunt per eum.
- † Tu autem Domine in æternum habitas:
sedes tua, in sæculum sæculi.
- † Ut quid in contemptu obliviscéris nostri?
derelinques nos in longitudine dierum?
- † Convertete nos Deus ad te, & convertemur:
ínnova dies nostros sicut antea:
- † quia repellens repulisti nos à te;
& iratus es nobis nimis valdè.

m MANU, scil. hostium. n IMPUDICE ABUSI SUNT, Hebr. & Chald. *molere fecerunt*. scil. in pistrino. o IN LIGNO, i. sub lignorum pondere, quæ ferre cogebantur, aut volvendo molam manubrio. Chald. *in pasibulo*. p PORTIS, i. judicijs, quæ in portis urbium fiebant. q CHORUS, scilicet psallentium. r CO-RONA, i. diadema, scil. regnum.

& virgines in civitatibus Júda.

- m † Principes^m manu suspenſi ſunt:
facies ſenium non erubuérunt.
- n † Adoleſcentibusⁿ impudicè abúſi ſunt:
o & pueri^o in ligno corruerunt.
- P † Senes defecerunt de p portis:
juvenes, de choro pfallentium.
- q † Defécit gaudium cordis noſtri:
r verſus eſt in luctum q chorus noſter.
- † Cécidit^r corona capitis noſtri.
Væ nobis quia peccavimus.
- f † Propterea mœſtum factum eſt cor noſtrum;
t ideo^f contenebrati ſunt oculi noſtri,
- † propter^t montem Siôn quia diſperijt;
vulpes ambulaverunt in eo.
- † Tu autem Domine in æternum permanebis:
folium tuum, in generationem & generatio-
nem.
- † Quare in perpetuum oblivifcéris noſtri?
derelinques nos in longitudine dierum?
- u † u^u Converte nos Domine ad te, & convertemur:
x innova dies noſtros^x ſicut à principio.
- y † Sed proijciens repulifſti nos;
iratus es contra nos y vehementer.

† CONTENEBRATI, ſcil. præ ſletu. t MONTEM, ſcil. ubi
templum. Quafi dicat, ob dirutum templum u CONVERTE
NOS. Neceſſitas gratiæ Dei. x SICUT À PRINCIPIO, i. ut
olim felices erant. y VEHEMENTER. Quafi dicat, ſufficere poſ-
ſet jam tanta punitio peccatorum noſtrorum.

CANTICUM ZACHARIÆ

in Daniele Propheta.

*Azarias in captivitate Babylonis, ligatus missus in fornacem
stans in medio flammæ, hac orat. Qua Fideles, quando diversis
premiuntur*

BENEDICTUS DOMINE DEUS PATRUM
NOSTRORUM:

& laudabile est & gloriosum nomen tuum in sæ-
cula.

† quoniam justus es in omnibus quæ fecisti nobis:
& omnia opera tua (vera :)
& rectæ, viæ tuæ: & omnia judicia tua, veritas.

† & judicia veritatis fecisti;
secundum omnia quæ induxisti nobis,
& super civitatem sanctam patrum nostrorum Je-
rusalem:

† quoniam in veritate & iudicio induxisti hæc om-
nia propter peccata nostra.

† Quoniam peccavimus,
& iniquè egimus dilcedere à te.

† & multum peccavimus in omnibus:
& mandatis tuis non obedivimus:
neque conservavimus neque fecimus sicut præce-
pisti nobis ut benè nobis esset.

† & omnia quæcumque nobis fecisti,
& omnia quæ induxisti nobis, in vero iudicio fe-
cisti:

& tradidisti nos in manus inimicorum iniquo-
rum,

† inimicissimorum, apostatarum,
& regno iniquo & nequissimo præ omni terra.
Et nunc non est nobis aperire os:

† confusio & exprobratio facta est servis tuis, & co-
lentibus te.

Emanuel S².

a VERA, i. perfecta. b VERA, i. iusta. c JUXTA OMNIA, i. in
omnibus. d IN VERITATE ET IN JUDICIO, i. iusto iudicio,
e PECCAVIMUS. Loquitur in persona populi secundum Hieron.

CAN-

CANTICUM AZARIÆ
in Daniele Propheta.

*premuntur angustijs ex toto cordis loquantur affectu: quidquid eis
 acciderit, iuste se sustinere fatentes.*

**BENEDICTUS ES DOMINE DEUS PAT-
 RUM NOSTRORUM:**

& laudabile & gloriosum nomen tuum in sæcu-
 la.

† quia iustus es in omnibus quæ fecisti nobis:
 & univèrsa opera tua, vera:

& viæ tuæ, rectæ; & omnia iudicia tua, ^a vera.

† iudicia enim ^b vera fecisti,

^c iuxta omnia quæ induxisti super nos,

& super civitatem sanctam patrum nostrorum Je-
 rusalem.

† Quia ^d in veritate & in iudicio,
 induxisti omnia hæc propter peccata nostra.

† ^e peccavimus enim & iniquè egimus recedentes à
 te:

† & deliquimus in omnibus:

& præcepta tua non audivimus nec observavi-
 mus:

nec fecimus sicut præceperas nobis ut benè nobis
 esset.

† Omnia ergo quæ induxisti super nos,

& univèrsa quæ fecisti nobis, in vero iudicio feci-
 sti:

& tradidisti nos in manibus inimicorum nostro-
 rum iniquorum,

& pessimorum prævaricatorumque,

& regi injusto & pessimo ^f ultra omnem terram.

† Et nunc non possumus aperire os:

^g confusio & ^h opprobrium facti sumus servis tuis
 & his qui colunt te.

^f ULTRA OMNEM TERRAM, i. omnium regum terræ. *Vel*
 in omni terra. ^g CONFUSIO. scil. pudet illos nostri. ^h OPPRO-
 BRIUM, scil. exprobrantur eis nostra peccata.

- † Et ne tradas nos in finem,
propter nomen tuum.
& ne avertas misericordiam tuam à nobis,
† propter Abraham dilectum tuum,
& Isaac servum tuum,
& Israël sanctum tuum :
† quibus locutus es adimplere semen eorum sicut
stellas cæli,
& sicut arenam, quæ est ad oram maris.
† Quoniam Domine minorati sumus præ omnibus
gentibus :
& sumus humiles in omnem terram hodie pro-
pter peccata nostra :
† & non est in hoc tempore princeps
& propheta & dux.
† neque holocaustata neque sacrificium,
neque incensum,
† neque locus ad sacrificandum in conspectu tuo, &
invenire misericordiam.
† Sed in animâ contribulatâ
& spiritu humiliationis accipiamur.
† Quasi in holocaustis arietum & taurorum,
& multitudine agnorum pinguium :
† sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo ho-
die,
& perficere subsequentes te :
† quoniam non est confusio his qui confidunt in te.
Et nunc exsequimur in toto corde
& timemus te ; & inquirimus faciem tuam.
Ne confundas nos :
† & fac nobiscum secundum majestatem tuam,
& secundum multitudinem miserationum tua-
rum.
† & libera nos secundum mirabilia tua :
& da gloriam nomini tuo Domine.
† Confundantur omnes qui ostendunt servistuis
mala :

i TRADAS scil. gentibus, vel calamitati, k INPERPETUUM.
Græcè, *in finem*. quod Hebraicâ phrasi idem significat.

- † Ne quæsumus ⁱ tradas nos ^k in perpetuum;
 propter nomen tuum.
 & ne dissipēs ^l testamentum tuum;
 neque auferas misericordiam tuam à nobis,
 † propter Abrahàm dilectum tuum,
 & Isàac servum tuum,
 & Israël sanctum tuum:
 quibus locutus es, póllicens
 quòd multiplicares semen eorum sicut stellas cæli,
 & sicut arenam quæ est in littore maris.
 † Quia Domine imminúti sumus plusquam omnes
 gentes:
 m sumusque ^m humiles in universa terra hodie prop-
 ter peccata nostra.
 † & non est in tempore hoc princeps,
 & dux & propheta,
 † neque holocaustum neque sacrificium,
 neque oblatio neque incensum.
 a † neque locus ⁿ primitiarum coram te;
 ut possimus invenire misericordiam tuam.
 Sed in animo contrito,
 & spiritu humilitatis suscipiamur.
 † Sicut in holocáusto arietum & taurorum,
 & sicut in millibus agnorum pinguium:
 † sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie
 ut placeat tibi:
 † quoniam non est confusio confidentibus in te.
 Et nunc sequimur te in toto corde:
 & timemus te; & quærimus faciem tuam.
 Ne confundas nos.
 † sed fac nobiscum juxta mansuetudinem tuam,
 & secundùm multitudinem misericordiæ tuæ,
 † & érue nos in mirabilibus tuis:
 & da gloriam nomini tuo Domine.
 o † Et confundantur omnes qui o ostendunt servis
 tuis mala:

I TESTAMENTUM, id est pactum. m HUMILES, id est abje-
 cti, n PRIMITIARUM, scilicet offerendarum.

& confundantur ab omnipotentia tua:
 & virtus eorum conteratur:
 & cognoscant quoniam tu es Dominus Deus solus
 in omni orbe terrarum.

OSTENDUNT &c. i. affligunt servos tuos.

**INCIPIUNT BENEDICTIONES
 TRIUM PUERORUM.**

Ex cod. vetu-
 tissimo Vatic.
 olim Reginae
 Suetiae.

*Angelus autem Domini simul descendit cum eis qui erant
 cum Azaria in fornacem: & fecit medium fornacis, ut spi-
 ritum roris sibilantem. Et non tetigit eos omnino ignis ne-
 que contristavit, neque molestus fuit eis.
 Tunc hi tres pueri, sicut ex uno ore laudabant & benedi-
 cebant Dominum in fornace, dicentes.*

**BENEDICTUS ES DOMINE DEUS PAT-
 RUM NOSTRORUM:**

- & laudabilis & superexaltatus in saecula.
 † Benedictum nomen gloriae tuae quod est sanctum:
 † & laudabilis & superexaltatus in saecula.
 † Benedictus es in templo sancto gloriae tuae:
 † & laudabilis & superexaltatus in saecula.
 † Benedictus es qui vides abyssos; sedes super Cheru-
 bim:
 † & laudabilis & superexaltatus in saecula.
 † Benedictus es super sedem regni tui:
 † & laudabilis & superexaltatus in saecula.
 † Benedictus es in firmamento caeli:
 † & laudabilis & superexaltatus in saecula.
 † **B**enedicite omnia opera Domini Domino:
 † hymnum dicite & superexaltate eum in saecu-
 la.
 † Benedicite caeli Domino:
 † hymnum dicite & superexaltate eum in saecula.
 † Benedicite Angeli Domini Domino:
 † hymnum dicite & superexaltate eum in saecula.
 confun-

P *confundantur p in omni potentia tua:
& robur eorum conteratur:
& sciant quia tu es Dominus Deus solus,
& gloriosus super orbem terrarum.*

P IN OMNI POTENTIA, i. per omnipotentiam.

HYMNUS TRIUM PUERORUM.

*Angelus autem Domini descendit cum Azaria & socijs ejus
in fornacem:*

& excussit flammam ignis de fornace:

& fecit medium fornacis quasi ventum a rovis flantem,

& non tetigit eos omnino ignis neque contristavit;

nec quidquam molestiae intulit.

Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant,

& glorificabant & benedicabant Deum in fornace, dicentes.

BENEDICTUS ES DOMINE DEUS PAT-
RUM NOSTRORUM:

& laudabilis & gloriosus & superexaltatus in sæ-
cula.

Et benedictum nomen b gloriæ tuæ sanctum.

† & laudabile & superexaltatum in omnibus sæculis.

Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ:

† & superlaudabilis & supergloriosus in sæcula.

Benedictus es in throno regni tui:

† & superlaudabilis & superexaltatus in sæcula.

Benedictus es qui intuëris abyssos; & sedes super
Cherubim:

† & laudabilis & superexaltatus in sæcula.

Benedictus es in firmamento cæli;

& laudabilis & gloriosus in sæcula.

Benedicite omnia opera Domini Domino:

laudate & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite Angeli Domini Domino:

laudate & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite cæli Domino:

laudate & superexaltate eum in sæcula,

O O O O 3

Bene-

a pro. rosci-
dum.

b id est. glo-
riosum.

† Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt
Domino:

hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite omnes virtutes Domini Domino.
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite sol & luna Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite stellæ cæli Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite imber & ros Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite omnes spiritus Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite ignis & æstus Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite noctes & dies Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite tenebræ & lumen Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite frigus & æstus Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite pruina & nives Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite fûlgura & nubes Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicat terra Domino:
hymnum dicat & superexaltet eum in sæcula.

† Benedicite montes & colles Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite omnia nascéntia in terra, Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite mária & flumina Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

Benedicite fontes Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.

Bene-

- † Benedícite aquæ omnes quæ super cælos sunt Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite omnes virtútes Domini Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite sol & luna Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite stellæ cæli Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite omnis imber & ros Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite omnes spiritus Dei Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite ignis & æstus Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite frigus & æstus Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite rores & pruina Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite gelu & frigus Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite glácies & nives Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite noctes & dies Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite lux & ténebræ Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite fúlgura & nubes Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedicat terra Dominum:
 laudet & superexaltet eum in sæcula.
- † Benedícite montes & colles Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite univérſa germinántia in terra Domino:
 laudáte & superexaltate eum in sæcula.
- † Benedícite fontes Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.
- † Benedícite mária & flumina Domino:
 laudáte & superexaltáte eum in sæcula.

- † Benedicite cæti & omnia quæ moventur in aquis
Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.
- † Benedicite volucres cæli Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.
- † Benedicite bestiæ & iumenta Dominum:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.
- † Benedicite filij hominum Dominum:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.
- † Benedicat Israel Domino:
hymnum dicat & superexaltet eum in sæcula.
- † Benedicite Sacerdotes Domini Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.
- † Benedicite servi Domini Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.
- † Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.
- † Benedicite humiles corde Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.
- † Benedicite Ananias, Azarias, Misabel Domino:
hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula.
- † Benedicimus Patrem & Filium & Sanctum Spiritum:
hymnum dicimus & superexaltamus in sæcula.

Finunt Benedictiones trium puerorum.

Orationes.

Sacramentarium Gelasianum in ieiunio mensis IV.

1 **D**Eus, cujus adorandæ potèntiæ maiestatis, flammæ sævientis incendium, sanctis tribus Pueris in splendorem demutatam est animarum; Ecclesiæ tuæ similibus adesto remedijs: ut de gravioribus mundi hujus adversitatibus, propitiatiône cælesti populus tuus eréptus exultet. Per Dominum.

Sacrament. Gregorianum.

2 **D**Eus, qui tribus Pueris mitigasti flammam ignium: concède propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per Dominum.

Breviar. Ambrosianum ad Matutin. Dominicæ.

3 **D**Eus, qui tribus Pueris in camino ignis positus, quartus adesse dignatus es; cui facillimum est Bene-

† Benedicite cete & omnia quæ moventur in aquis
Domino :

laudate & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite omnes volucres cæli Domino :

laudate & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite omnes bestię & pecora Domino :

laudate & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite filij hominum Domino :

laudate & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicat Israel Dominum :

laudet & superexaltet eum in sæcula.

† Benedicite Sacerdotes Domini Domino :

laudate & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite servi Domini Domino :

laudate & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite spiritus & animæ justorum Domino :

laudate & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite sancti & humiles corde Domino :

laudate & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino :

laudate & superexaltate eum in sæcula.

† Benedicimus Patrem & Filium & Sanctum Spiritum :

laudamus & superexaltamus eum in sæcula.

ignium temperare naturas, & extinguere flammarum impetus: eandem Domine ad protegendas & liberandas animas nostras extende virtutem. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat una cum Sancto Spiritu in sæcula sæculorum.

Breviar. Ambrosianum.
In nativitate Domini.

4 **I**nsouit, Domine, benedictio Trinitatis de camino ignis psallentibus de nativitate tua. Et ideo petimus misericordiam tuam: ut sicut illos eripuisti de camino ignis ardentis; ita & nos eripere digneris ab incendio peccatorum. Qui vivis & regnas cum Deo Patre una cum Sancto Spiritu in sæcula sæculorum.

5 **D**EUS, per quem fides ignem non sentit, & infidelitas sine igne exuritur: qui beatissimos tres Pueros fide armatos, coniectos in camino ignis, læto vultu omni ex parte illæfos hymnum tibi cænere fecisti: obsecramus, ut pari dignatione, fide & devotione nos armare, & timoris tui vigore implere digneris: ut à camino vitiorum liberati, hymnum dicere & exaltare nomen tuum in perpetuum mereamur. Per Dominum.

Ex Brev. Mozarab.
fol. 352.

6 **D**EUS, qui ministerio descendens à celo Angeli tui, trium puerorum flammam mirificè dispersisti; ut vim naturæ suæ in illis urens ignis amitteret, qui tuis obtutibus placuissent: redde nos à concrematione vitiorum extraneos: à diaboli laqueis facito esse nos liberos: & tuis nos Martyribus post transitum ad sociam coronandos. *Et. Amen.*
Per misericordiam tuam Deus noster: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum. *Et. Amen.*

Cap. XVI.

CANTICUM JUDITH.

Judith ob victoriam de Nabuchodonosor Rege Assyriorum obtentam, postquam ebrii Holofernis principis militia caput abscidit, Beth-

INCIPITE DOMINO IN TYMPANIS:

cantate & in cymbalis imponite ei psalmum novum:

exultate & invocate nomen ejus.

† Deus qui conteret bella;

† Dominus nomen est illi.

† Qui ponit castra sua in medio populi sui,

† ut eripiat nos de manibus persequentium nos.

Assyr de montibus ab Aquilone venit cum millibus exercitûs sui:

Emanuel Sâ-

a INCIPITE, scilicet cantare.

7 Anania,

7 **A** Nania, Azaria & Misael, tres illi pueri Babylónico igne probati, magnam spem istis Domine Martyribus præbuerunt; quibus exemplum præbuit eorum veneranda victoria. (ex) illis quidem ignis aufugit, ne morentur; in istis admissus est ut coronarentur: dum & in illis necdum tempore passionis apto, pœnalis ignis non potuit corpora sacrata contingere; & in istis tempore accepto, quo Christo moriente, via paradisi aperta consisteret, applicita igni tunc corpora extingueret; quando jam beatis aperta paradisi janua esset. Benedicimus ergo Deum, qui & illos liberaisti à flammis: qui & pro liberandis illis ignes spargis; & pro assumendis istis ignes admittis. Da ergo nobis utrorumque exemplis atque suffragijs; ut sic liberemur à vitiorum carnalium igne: ut ignis eloquiorum tuorum concremati dulcedine, ad te mereamur pervenire in pace. *Rz. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster &c.

CANTICUM JUDITH.

Bethuliaque muro suspendit, hoc canticum laudis Domino caravit.

- ^a **I**NCIPITE DOMINO IN TYMPANIS:
^b cantate Domino in cymbalis:
 modulâmini illi psalmum ^b novum;
 exaltate & invocâte nomen ejus.
 † Dominus cõterens bella:
 Dominus nomen est illi.
 † qui pòsuit castra sua in médio pòpuli sui;
 ut eriperet nos de manu omnium inimicorum
 nostrorum.
 † Venit Assur ex mōntibus ab Aquilõne in multitudine fortitudinis suæ:

^b NOVUM, scilicet pro novo insignique beneficio.

P p p p 2

cujus

- † *cujus* multitudo occupavit torrentes;
 & equi eorum operuerunt valles.
 † dixit enim se incensurum fines meos;
 & juvenes meos occisurum gladio;
 † infantes meos adducere in prædam;
 & virgines in captivitate.
 † Dominus autem nocuit eum:
 & tradidit eum in manus feminæ: confundit eum.
 † non enim cecidit potens eorum à juvenibus:
 nec filij tela percussérunt eum:
 † nec excélsi gigantes imposuérunt se illi.
 sed Judith filia Meraris
 specie faciei suæ dissólvit illum.
 † Exiit enim se veste viduitatis suæ,
 in exultatione dolóris Israël.
 † unxit faciem suam unguénto:
 & colligávit cinnos suos mitrà.
 † accépit stolam novam ad decipiéndum illum:
 pulchritudo ejus captivam fecit animam ejus.
 † Horruérunt Persæ constántiam ejus;
 & Medi audáciam ejus.
 † Tunc turbáta sunt omnia castra Assúr;
 & ululavérunt húmiles mei:
 † & exaltavérunt ægrotántes in siti, vocem suam:
 & exclamavérunt, & convérsa est aqua.
 † filij puellárum compunxérunt eum:
 & sicut pueros fugiéntes occidérunt eos.
 perierunt in prælio à facie Domini.
 † Hymnum dicámus Domino:
 hymnum novum cantémus Domino.
 † Adonài Domine magnus es tu:
 & præclárus in virtúte tua:
 † quem superare nemo potest.
 Tibi servit omnis creatúra tua:

c VALLES. Græc. *colles*. d NOCUI. pro, percussit, seu ul-
 tus est. e CONFODIT. Complur. *confudit*. f A JUVENIBUS.
 Id est juvenum operà seu viribus.

c cujus multitúdo obturávit torréntes :
 & equi eorum cooperuérunt ^c valles.
 † dixit se incensúrum fines meos,
 & juvenes meos occisúrum gládio ;
 infántes meos dare in prædam,
 & virgines, in captivitátem.
 d † Dominus autem omnipotens ^d nocuit eum ;
 e & tradidit eum in manus téminæ ; & ^e confódit eū.
 f † non enim cécidit potens eorum ^f à juvenibus :
 g nec filij ^g Titàn percussérunt eum :
 nec excélsi gigantes opposuérunt se illi.
 h sed Judith filia Merari,
 in specie faciéi suæ ^h dissólvit eum.
 † Exiit enim se vestiménto viduitátis :
 & induit se vestiménto lætitiæ,
 i in ⁱ exultatióne filiorum Israël.
 † unxit faciem suam unguénto :
 & colligavit cincinnos suos mitrá.
 k accépit stolam ^k novam ad decipiéndum illum.
 † sandália ejus rapuérunt oculos ejus :
 pulchritúdo ejus captívam fecit animam ejus.
 Amputávit pugiónem cervícem ejus,
 † Horruérunt Persæ constántiam ejus :
 & Medi, audáciam ejus.
 † Tunc ululavérunt castra Assyriórú, quando ^l ap-
 paruérunt humiles mei,
 arescéntes in siti,
 † filij puellárum compunxérunt eos :
 & sicut pueros fugiéntes occidérunt eos.
 periérunt in prælio à facie Domini Dei mei.
 † Hymnum cantémus Domino :
 hymnum novum cantémus Deo nostro,
 † Adonài Domine,
 magnus es tu & præclárus in virtúte tua :
 & quem superáre nemo potest.
 † Tibi sèrviat omnis creatúra tua :

g TITAN Græcè, *Titanum*. h DISSOLVIT, id est dissipavit. i
 IN EXULTATIONE, Græc. *in exaltationem*. k NOVAM, Græc.
lineam. l APPARUERUNT, scilicet, persequentes ipsos.

- † quia dixisti, & facta sunt:
 misisti spiritum tuum, & renovata sunt:
 & non est qui resistat voci tuæ.
- † Montes à fundaménto movebúntur cum aquis:
 petrae autem sicut cera liquescunt à facie tua.
- † Quia mínimum est omne sacrificium in odórem
 suavitátis:
- † & mínimus omnis aries ad holocáustum.
 qui autem timet Dominum; magnus erit apud il-
 lum per omnia.
- † Væ genti insurgéni super genus meum:
 Dominus autem omnipotens vindicávit in illis:
- † in die judicij vindicábit illos,
- † dare ignem & vermes in carnes eorum:
 & uréntur ut lēntiant in sempitérnum.

m ET CREATA SUNT, Græc. & *adificavit*. n SUPER. id est
 contra.

ORATIO MANASSÆ REGIS JUDA

cum captus teneretur in Babylone.

DOMINE OMNIPOTENS, DEUS PAT-
 RUM NOSTRORUM, ABRAHAM ET
 ISAAC ET JACOB, ET SEMINIS EO-
 RUM JUSTI;
 qui fecisti cælum & terram cum omni ornatu eo-
 rum: qui ligasti mare verbo præcepti tui:
 qui conclusisti abyssum; & signasti eam terribili
 & laudabili nomine tuo:
 quem omnia pavent & tremunt à vultu virtutis
 tuæ.

* Hæc Oratio Manassæ non est in canone Divinarum Scriptura-
 rum: exstat autem Græcè in cod. Bibliorum Alexandrino in Ang-
 lia inter XIV. Odas sive Cantica post Psalmos, & in Psalmorum
 codd. Græcis Vatic. 341. & 342. & in Horologio Græcorum in of-
 ficio Apodipni sive Completorij,

quia

quia dixisti, & facta sunt :

misisti spiritum tuum, ^m & creata sunt :

& non est qui resistat voci tuæ.

† Montes à fundamentis movebuntur cum aquis :
petræ sicut cera liquescunt ante faciem tuam.

† Qui autem timent te,
magni erunt apud te per omnia.

† Væ genti insurgenti ⁿ super genus meum :
Dominus enim omnipotens vindicabit in eis :
in die iudicij visitabit illos.

† dabit enim ignem & vermes in carnes eorum ;
ut ^o urantur & sentiant usque in sempiternum.

o URANTUR ET SENTIANT. Græc. *stent sentientes.*

quia importabilis est magnificentia gloriæ tuæ ; &
insustentabilis ira comminationis tuæ super
peccatores : immensa verò & investigabilis
misericordia promissionis tuæ.

quoniam tu es Dominus, altissimus, benignus,
longânimis, & multum misericors, & pœ-
nitens super malitias hominum.

Tu Domine secundum multitudinem bonitatis
tuæ promisisti pœnitentiam & remissionem
ijs, qui peccaverunt tibi : & multitudine mi-
serationum tuarum decrevisisti pœnitentiam
peccatoribus, in salutem.

Tu igitur Domine Deus justorum, non posuisti
pœnitentiam justis Abraham & Isaac & Jacob,
ijs qui tibi non peccaverunt :

sed posuisti pœnitentiam propter me peccatorem :

quoniam peccavi super numerum arenæ maris.
Multiplicatæ sunt iniquitates meæ Domine ; mul-
tiplicatæ sunt iniquitates meæ : & non sum dig-
nus.

nus intuéri & aspicere altitudinem cæli, præ
multitudine iniquitatum mearum.

incurvatus sum multo vinculo ferreo, ut non pos-
sim attollere caput meum; & non est respira-
tio mihi:

quia excitavi iracundiam tuam; & malum coram
te feci: non feci voluntatem tuam; & mandata
tua non custodivi: statui abominaciones; & mul-
tiplicavi offensiones.

Et nunc flecto genu cordis mei, precans à te boni-
tatem.

Peccavi Domine, peccavi: & iniquitates meas ag-
nosco.

Quare peto rogans te: remitte mihi Domine, re-
mitte mihi: & ne simul perdas me cum ini-
quitatibus meis: neque in æternum iratus re-
serves mala mihi: neque damnes me in infi-
ma terræ loca:

quia tu es Deus, Deus, inquam, pœnitentium; &
in me ostendes omnem bonitatem tuam: quia
indignum salvabis me secundum magnam
misericordiam tuam: & laudabo te semper
omnibus diebus vitæ meæ:

quoniam te laudat omnis virtus cælorum; & tibi
est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Orationes de alijs Canticis

usque in visu Mozarabum.

Cap. xii. *Canticum Genesis.* Egredere de terra tua & de cognatione
tua &c.

fol. 82.

TE Domine inspirante atque vocante, terrenum conversatio-
nis deferentes abijciamus: ut spretis carnalibus vitijs, mun-
danisque affectibus ac voluptatibus abdicatis, ad promissa cælestia
festinemus; & politicam hæreditatem à te supernæ patriæ capia-
mus. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster &c.

Cap. [xxvii]. 2

Canticum Genesis. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni.
usque. Et incurventur ante te filij matris tuæ. *Tum subditur*
ex cap. xxviii. 3. Deus autem omnipotens. *Usque.* Ut pos-
sideas terram peregrinationis tuæ.

fol. 94.

TUam Deus omnipotens clementiam deprecamur: ut membris
Christi tui Domini nostri dono tui muneris copulati, ejus-
que bonus odor effecti; tuis benedictionibus ditemur ut filij; in
ejus

ejus semper maneamus regno a Domino subjugati. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster &c.

Cap. xxxi. 9. 3

fol. 241.

Canticum Genesis. Deus patris mei Abraham. *Vsque.* Quæ præ multitudinem numerari non potest.

Domus tuæ dignitas ac sublimitas tuâ nobis gratiâ revelante patefcatur; quatenus eam verè ut cæli portam elevatam sursum, humili intuitu contemplantes, cum omni reverentia veneremur; ac votorum meorum in ea tibi ex donis tuis munera offeramus. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster &c.

Cap. XLIX. 4

fol. 28.

Canticum Genesis. Vocavit Jacob filios suos, & ait eis; Congregamini ut annuntiem quæ ventura sunt vobis. *Vsque.* Beniamin lupus rapax, manè comedet prædam; & nocte dividet spolia.

Tu Domine catulum leonis domui Juda affuisse cognovimus: quem totis præcordiis postulamus; ut qui apparuisti in carne, de manu fortis capiens prædam; ad iudicium veniens, misericordiam prærogas fidelibus repromissam. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster &c.

fol. 112.

Appareat, quæ sumus, Domine mentibus nostris agnitio tuæ divinitatis; quæ benedictionis habere gratiam præbeat nobis; ut proficiamus & crescamus jugiter in bonis, multiplicibus incrementis. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster &c.

Cap. xxiv. 5. 5

fol. 43.

Canticum Numerorum. De Aran adduxit me Balac rex Moabitum de montibus Orientis. *Vsque.* Fiant novissima mea horum similia. *Mox sequitur.* Sta Balac & ausculta: audi fili Sefhor. *Vsque.* Non accubabit donec devoret prædam & occisorum sanguinem.

Tu es Domine Stella veritatis oriens ex Jacob, homoque confurgens ex Israel; & novo sydere ostenderis Deus; & præsepio positus, Deus & homo, unus crederis Christus. Propter magnam ergo misericordiam tuam, visionis tuæ horum præroga gratiam: ut appareat in nos lucis tuæ radiabile signum; quod expellat omnes tenebras vitiorum: & qui visionis tuæ desiderio anhelamus, visionis tuæ præmio consolemur. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster &c.

Cap. ix.

fol. 122. 238.

Canticum Deuteronomij. Domine Domine rex deorum cælorum ne disperdas populum tuum. *Vsque.* Et in brachio tuo extento.

Universæ carnis spiritus fortissime ac misericors Deus, propitiare quæsumus universitati Ecclesiæ tuæ; & dimitte peccata omnium: aufer, quæsumus, à nobis iniquitates & scelera nostra; tuæque nos benedictionis & pacis infusione locuplèta. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster &c.

Cap. xxxi. 11. 7

fol. 322.

Canticum Deuteronomij. Dominus de Sina venit; & de Seir ortus est nobis. *Vsque.* Negabunt te inimici tui; & tu eorum colla calcabis.

Venisse te Dominum cum Sanctorum millibus (&) venturum Prophetarum vaticinijs audientes, expofcimus: ut qui te ad redemptionem mundi venisse jam credimus; venturum quoque ad iudicium purgatis cordibus præstolemur: ut quia in manu tua Sanctorum multitudo consistit: in remedio pietatis tuæ reditus à te

- peccantium cumuletur: qualiter appropinquantibus pedibus tuis, fatiemur semper doctrinā intimæ visionis. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster *&c.*
- Lib. I. XXIX. 8 *Canticum Paralipomenon.* Benedictus es Domine Deus Israel patris nostri ab æterno in æternum. *Vsque.* Et semper in venerationem tui mens ista permaneat.
- fol. 126. **T**E amplissimæ largitatis Dominum deprecamur: ut donorum cælestium copiam de manu tua accipiamus; quam tibi ob constituendam domum tuam in nostris cordibus præparemus: tibi que votis simplicibus, quæ tua sunt offeramus, ac nomen tuum inclitum multimodâ confessione laudemus. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster *&c.*
- Cap. III. 9 *Canticum Iob.* Pereat dies in qua natus sum. *Vsque.* Nonne quievi? & venit super me indignatio.
- fol. 116. **Q**uamdiu sumus Domine in huius vitæ exilio nec aut malitiæ nequitia vigeat; nec nostræ virtutis robur enervet; aut præcipitata iræ turbulenta commotio tranquillitatem nostræ mentis obscuret; aut candorem munditiæ carnalium voluptatum delectatio cænosa commaculet: sed futuri iudicii præstolario ab omnibus inquinamentis ac fordibus nos emundet. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster *&c.*
- Cap. VI. 3. 10 *Canticum Iob.* Verba mea dolore sunt plena; quia sagittæ Domini in me sunt. *Vsque.* Et necessarij quoque mei recesserunt à me.
- fol. 161. **Q**uis det ut veniat petitio Ecclesiæ tuæ Christe; nisi tu qui oprimus liberator es? ut qui pro ea egenus & pauper effectus es; donis cælestibus eam in futuro munifices. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster *&c.*
- Cap. XVI. 8. 11 *Canticum Iob.* Nunc ecce oppressit me dolor meus. *Vsque.* Conficius meus in excelsis.
- fol. 171. **J**esu Domine, qui dolorem Ecclesiæ tuæ, quod ad nihilum redacta sunt ossa ejus, pius gubernator intelligis; dum alios extra eam tentationum sæditas necat: concede nobis; ut quia tu solus pro nobis tentatus es, passus es; tu nos à tentationibus & à passionibus nostris solus ipse eripias: quod testimonium nostrum intra tuam Ecclesiam ita sit utile; ut mereamur tibi sine fine placere. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster *&c.*
- Cap. XIX. 7. 12 *Canticum Iob.* Ecce clamo vim patiens; & nemo audit. *Vsque.* Reposita est hæc spes mea in sinu meo: & hæreditas mea in Deo meo.
- fol. 188. **C**redimus Domine in carne ista quâ tegimur, te videre; & oculis nostris te conspiciere in gloria, quâ iudicaturus es sæculum: fac ergo nos oculos interiores habere apertos; ut cognoscamus te in gloria sempiterna. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster *&c.*
- Cap. XV. 15. 13 *Canticum Ieremie.* Tu scis Domine: recordare mei. *Vsque.* Et redimam te de manu fortium.
- fol. 195. **R**ecordare nostri Domine; & tuere nos ab his qui persequuntur nos; qui pro nobis sustinuit opprobrium crucis: ut in quo tu (passus es) pro nobis in teo nos & hic & in æternum gratulemur felices. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus *&c.*

Cap. xvii. 14. 14 *Canticum Ieremia.* Sana me Domine, & sanabor, *Vsq̄.* Et duplici contritione contere eos.

fol. 157. **C**onfundantur omnes Domine qui persequuntur in nos sanctum nomen tuum; & non confundamur nos, qui veneramur & credimus & passionis tuæ injuriam, & resurrectionis tuæ potentiam. Prævaleat ergo virtus gloriæ tuæ: quæ & persequentes à pravitate detereat; & credentes in æternum tibi lætabundos conjungat. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster *&c.*

fol. 164. **A**desto nobis Domine quasi bellator fortis: ut te in nobis pugnantem, omnis vigor nos impugnantis adversæ corruat fortitudinis; & in sopore suæ confessionis nostris labentibus inimicis, ereptos nos sibi vendicet tuæ vi* potentiæ majestatis. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster *&c.*

fol. 180. **S**ana nos Domine, & sanabimur: confundantur omnes qui persequuntur in nos nomen sanctum tuum; & non confundamur nos, qui veneramur & credimus passionis tuæ potentiam. Prævaleat ergo virtus gloriæ tuæ; ut credentes in æternum tibi lætabundos conjungat. *R. Amen.* Per misericordiam tuam *&c.*

Cap. xx. 7. 15 *Canticum Ieremia.* Seduxisti me Domine, & seductus sum. *Vsq̄.* Tibi enim revelavi causam meam.

fol. 167. **D**in eo quod justitia in te juvena, eorum videbatur rabiem effugare; * cuncte Angelo tuo, qui os Leonis illius, qui per mundum rugiens currit, quærens quem devoret, concludat; atque animas nostras ejus persuasionem atque dominatu dirigat. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster *&c.*

fol. 184. **F**ac nos Domine Deus noster; ut nec in derisu inimicorum nostrorum, nec subsannatione adversantium nos fatigemur: sed tu qui es defensio nostra, à contradictione improborum nos libera. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster *&c.*

fol. 212. **R**edemptor humani generis Domine Deus bellator & fortis, qui torcular, in quo calcator es, conculcare dignosceris; dum & a morte surgis; & eos qui te persecuti sunt, corruentes, infirmantes ostendis: præbe nobis in tuis passionibus & hilariter amaréscere; & opulentiùs collatari: ut dum infideles perfidia cruciatis fideles conversio ab iniquitate absolvat. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster *&c.*

fol. 215. **D**eus probator juste, qui revelatam tibi causam Filij tui, passionis utique suæ injuriam, in infidelibus puniturus agnoscis; videamus quæsumus ultionem de inimicis ejus: ita ut aut resipicientes ab infidelitate, ipsi se pœnitendo ulciscantur; aut perdurantes in perfidia, per ejus puniantur justitiam, cujus contemnant misericordiam manifestam. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster *&c.*

Cap. li. 16 *Canticum Ecclesiastici.* Confitebor tibi Domine rex. *Vsq̄.* Dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

fol. 387. **D**exquirimus; te quærentes exposcimus interventu gloriosæ beatæ Annæ matris Mariæ Virginis genitricis tuæ: fac nobiscum misericordiam propter nomen tuum: & in quibus à te peccando recessimus; confessione humili maneamus: & pietate quâ redemi-

De S. Anna.

f.

fol. 384.

*De S. Maria
Magdalena.*

sti captivos & misericordia (quâ) adjuvasti oppressos; ipsâ nunc
quæ gessimus dilue; atque in parte dexteræ tuæ, quos redemisti
statue. *R. Amen.* Per misericordiam tuam Deus noster *etc.*

Ineffabilis bonitatis auctor & Domine, qui beatissimæ Mariæ
Magdalenaë linguam impleas confessione, & cordis remuneras
charitatem: dona nobis ejus meritis, ut tuum confidentes nomen
in terris, pacem habeamus in diebus nostris. *R. Amen.* Per
misericordiam tuam Deus noster *etc.*

*Ex Breviar.
Ambros. Ann.
1539. & 1557.
ubi post Can-
tica ponitur
pro Matutino
quotidie

* *LAUS ANGELORUM*(*sive Hymnus Matutinus.*)

GLoria in excelsis Deo: & in terra pax, homi-
nibus bonæ voluntatis.

Laudamus te, hymnum dicimus tibi, benedici-
mus te, adoramus te, glorificamus te, gratias a-
gimus tibi, propter magnam gloriam tuam,

Domine Deus Rex cœlestis, Deus Pater omni-
potens, Jesu Christe, Sancte Spiritus.

Domine Deus Filius Patris.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, suscipe depre-
cationem nostram.

Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis: mi-
serere nobis: subveni nobis: dirige nos: confer-
va nos: munda nos: pacifica nos: libera nos
ab inimicis, à tentationibus, ab hæreticis, ab Ar-
rianis, à schismaticis, à barbaris.

Quia tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus
altissimus,

Jesu Christe, in gloria Dei Patris, cum Sancto Spi-
ritu, in sæcula sæculorum. Amen.

Per singulos dies benedicimus te: laudamus no-
men tuum in æternum & in sæculum sæculi.

Arriani.

Exstat huic assimilis hymnus Matutinus in libro VII. Constit.
Apostolicarum cap. 48. & in cod. Bibliorum vetustissimo Alexan-
drino & passim in libris divinorum officiorum Græci ritus. Qui
hymnus ut in Matutino officio diceretur, præscripserunt S. Atha-
nasius vel alius quispiam antiquus Pater lib. *de Virginitate*, & S.
Aurelianus Episc. Arelatenus in regula ad Virgines.

Dignare

Dignare Domine die isto sine peccatis nos custodire. Benedictus es Domine; doce me justificationes tuas.

Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea.

Eruent labia mea hymnum, hymnum Deo nostro.

Vivet anima mea & laudabit te: & judicia tua adjuvabunt me.

Erravi sicut ovis quæ perierat: require servum tuum; quia mandata tua non sum oblitus.

Citò anticipet nos misericordia tua Domine: quia pauperes facti sumus nimis. Adjuva nos Deus salutaris noster.

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis & gloriosus in sæcula sæculorum. Amen.

sequitur.

Gloria & honor Deo Patri & Filio & Spiritui Sancto: sicut erat in principio nunc & semper & per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio.

Sacram. Gallicanum Maillonij pag. 282.

Deus, cui meritò & in excelsis & in terra (ab) utriusque loci incolis gloria decantatur; qui pacem tuam, non in malèvolis, sed in hominibus bonæ voluntatis esse testaris: te orantes laudamus; tibi que agentes gratias supplicamus: ut qui in te suscipiens mundi peccata, purgata delesti; suscipias ex dono tuo tibi placita; & amputes prava desideria nostra: simulque præsta, ut præsentem diem te protegente sine peccato transigere mereamur. (Qui vivis & regnas cum Deo Patre.)

Matth. v.

BEATITUDINES.

In Pfalterio
Græco vetu-
tissimo ma-
joribus litte-
ris scripto; Bi-
bl. Vatic. n.
341 Cantica
& Hymnum
Matutinum
hæ Beatitudi-
nes immedia-
te sequuntur.

BEati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.

Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.

Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.

Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.

Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur.

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint; & dixerint omne malum adversum vos mentientes, propter me:

gaudete & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.

* Codd. Vatic.
82. 83.

* *HYMNUS IN HONOREM
Sanctæ Trinitatis.*

Ex Psalt. Ro-
mano.

TE Deum laudamus;
te Dominum confitemur;
te æternum Patrem omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli, tibi cœli & universæ Potestas,
tibi

* Cod. vetustissimus Vatic. olim Reginae Suetiæ, in quo alij gen-
uini hymni S. Ambrosij, licet sine illius nomine continentur: *In-*
cipit hymnus ad Matutina dicendus die Dominico. Cod. Va-
tic. 5729. Bibliorum S. Hieronymi: *Hymnus ad Matutinum*
diebus Dominicis. Vatic. 84. *Hymnus SS. Ambrosij & Augusti-*
ni. Vatic. 98. *Hymnus ad Matutinum diebus Dominicis: quem*
S. Ambrosius & S. Augustinus condiderunt. Palat. 39. *quem S.*
Augustinus & S. Ambrosius invicem condiderunt. Breviar.
Monasticum Vatic. 4928. scriptum circa annum. 1166. *Hym S*
Abundij. for. leg Ambrusij. Cod Basilicæ Vatic. n. xj. *Hymnum S*
Sisibuti. Cod. Palat. 30. in Vatic. *Hymnus sanctorum Patrum*

tibi

tibi Cherubim & Seraphim incessabili voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaóth,
Pleni sunt cæli & terra majestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus Apostolorum chorus;

te Prophetarum laudabilis numerus;

te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia,

Patrem immensæ majestatis,

venerandum tuum verum & unicum Filium,

Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ Christe:

tu Patris sempiternus es filius:

tu ad liberandum * suscepturus hominem, non

horruisti Virginis uterum:

tu devicto mortis aculeo, aperuisti credentibus

regna cælorum:

tu ad dexteram Dei sedes in gloria Patris:

judex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus; famulis tuis subveni, quos

pretioso sanguine redemisti:

æternâ fac cum Sanctis tuis * gloriâ munerari.

Salvum fac populum tuum Domine; & benedic hæ-

reditati tuæ;

* & rege eos: & extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies benedicimus te:

& laudamus nomen tuum in æternum & in sæcu-

lum sæculi.

Dignare Domine, die isto sine peccato nos custo-

dire.

Miserere nostri Domine; miserere nostri.

Fiat, Domine, misericordia tua super nos; sicut

speravimus in te.

* Cod. Regi-
na Suetia,
suscepisti.

Idem gloriâ
munerare.
al. in gloria
numerari.
*

* Cod. vetustiss. Vatic. olim Regina Suetia: Et rege illos, & extolle illos in saculum sæculi. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum: & laudabile & gloriosum nomen tuum in sæcula. Dignare Domine die ista sine peccato nos custodire. Miserere nobis Domine, miserere nobis. Explicit.

In te.

Sic distinguitur in codice Diaconiae S. Mariae in via Lata, & in cod. Chifiano a d. initium saeculi xi.

Cod. Vat. 84. & extat in Sacrament. Gelasiano Sabbato hebd. i. Quadragesimae.

Sic distinguitur hic hymnus in codice Alexandrino.

In te Domine speravi, non confundar in aeternum.

TE decet laus,
Te decet hymnus;
tibi gloria Deo
Patri & Filio
cum Sancto Spiritu
in saecula saeculorum.
Amen.

Gratio.

DEus, qui nos glorioſis remedijs, in terris adhuc poſitos, jam caeleſtium rerum facis eſſe conſortes. Tu, quaesumus, in ista qua vivimus, nos vitam gubernas: ut ad illam in qua ipse es, lucem perducas. Per.

* *HYMNUS ANGELORUM.*

GLoria in excelsis Deo:
& in terra pax,
hominibus bonae voluntatis.
Laudamus te,
benedicimus te,
adoramus te,
glorificamus te,
gratias agimus tibi,
propter magnam gloriam tuam,
Domine Deus Rex caelestis
Deus Pater omnipotens,
Domine Fili unigenite
Jesu Christe.
Domine Deus,
agnus Dei,
filius Patris,
qui tollis peccata mundi,
miserere nobis.

* Cod. Vatic. 5729. Bibliorum S. Hieronymi. *Hymnus S. Hylarij ad Missam.* Fortè hic primus hymnum hunc Latinum fecit, primusque ex Oriente in Occidentem invexit,

Qui

Qui tollis peccata mundi,
 suscipe deprecationem nostram.
 Qui sedes ad dexteram Patris,
 miserere nobis.
 Quoniam tu solus sanctus,
 tu solus Dominus,
 tu solus altissimus,
 Jesu Christe,
 cum Sancto Spiritu,
 in gloria Dei Patris. Amen.

Oratio,

Sacrament.
 Gallicanum
 Mabilonij
 pag. 222.

DEus, quem merito & Angeli in cœlis, & homines in terra, debito famulatu collaudant: cujus sanctum nomen super omne nomen exaltatum fideles exultatione concelebrant: præsta nobis famulis tuis, effectu tibi bonorum operum propinquare; teque vitâ simul & voce laudare; tuamque misericordiam rectis actibus impetrare: ut universus hic populus, qui Angelos tuos æquiperare confitendo, sectari quoque studeat imitando. (Per.)

HYMNUS SERAPHICUS.

SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS, DOMINUS DEUS SABAOTH.

Pleni sunt cœli & terra gloriâ tuâ.

Hosannâ in excelsis

Benedictus Qui venit in nomine Domini.

Hosannâ in excelsis.

* Amalarius
 de ordine An-
 tiphonarij
 cap. 1.

*HYMNUS GLORIFICATIONIS.

GLORIA Patri & Filio & Spiritui Sancto,
 sicut erat in principio & nunc & semper & in
 sæcula sæculorum. Amen.

R r r

HYM-

HYMNUS TRISAGIUS.

HAgios ho Theós,
Sanctus Deus;
 Hágios ífchyros,
Sanctus fortis;
 Hágios athánatos eléifon himás,
Sanctus immortalis miserere nobis.

Cap. vi.

INCIPIT ORATIO DOMINICA
Secundum Matthæum.

* super sub-
stantialem.

PAter noster qui es in cælis,
 sanctificétur nomen tuum:
 advéniat regnum tuum:
 fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.
 Panem nostrum *quotidiánum dá nobis hodie.
 & dimitte nobis debita nostra; sicut & nos dimit-
 timus debitoribus nostris.
 & ne nos indúcas in tentationem:
 sed libera nos à malo. Amen.

Cap. xi.

Secundum Lucam.

PAter, sanctificétur nomen tuum:
 adveniat regnum tuum.
 Panem nostrum quotidianum dá nobis hodie.
 & dimitte nobis peccata nostra: siquidem & ipsi
 dimittimus omni debénti nobis.
 & ne nos indúcas in tentationem.

INCIPIT SYMBOLUM APOSTOLO-
RUM.

CRedo in Deum Patrem omnipotentem, crea-
 torem cæli & terræ. Et in Jesum Christum,
 Filium ejus unicum Dominum nostrum: qui con-
 céptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Vir-
 gine; passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mor-
 tuus,

tuus, & sepultus; descendit ad inferos; tertiâ die
resurrexit à mortuis; ascendit ad cælos; sedet ad
dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus
est judicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum
Sanctum. Sanctam Ecclesiam Catholicam, San-
ctorum communionem, remissionem peccato-
rum, carnis resurrectionem, vitam æternam.
Amen.

Ex Concilio La-
teranensis S.
Martini Papæ
secretario 17.

*SYMBOLUM APUD NICÆAM
trecentorum decem & octo Patrum.*

CRedimus in unum Deum Patrem omnipoten-
tem; creatorem visibilium & invisibilium. Et
in unum Dominum nostrum Jesum Christum,
Filium Dei, natum ex Patre unigenitum, hoc est,
ex substantiâ Patris, Deum ex Deo, lumen ex lum-
ine, Deum verum ex Deo vero, natum non crea-
tum, unius substantiæ cum Patre (quod Græci
dicunt *Homousion* :) per quem omnia facta sunt, si-
ve quæ in cælo, sive quæ in terra: qui propter nos
homines & propter nostram salutem descendit,
& incarnatus est, homo factus est: passus est:
& resurrexit tertiâ die: ascendit in cælos, sedet ad
dexteram Patris; iterum venturus cum gloriâ judi-
care vivos & mortuos. Et in Spiritum Sanctum.
Eos autem qui dicunt: *Erat aliquando, quando
non erat: &, Priusquam nasceretur, non erat: & quia
ex non exstantibus factus est: aut ex alia substantia, vel es-
sentia dicunt esse; aut convertibilem aut mutabilem Fi-
lium Dei; hos anathematizat Catholica Aposto-
lica Ecclesia.*

*SYMBOLUM APUD CONSTANTINO-
polim centum quinquaginta Patrum.*

Ex eodem
Concilio.

CRedimus in unum Patrem omnipotentem,
visibilem omnium & invisibilem factorem.
Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium
Dei

Dei unigenitum, natum ex Patre ante omnia sæcula, Deum verum de Deo vero, natum non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt, sive quæ in cælo, sive quæ in terra: qui propter nos homines & salutem nostram descendit è cælo; & incarnatus est de Spiritu Sancto & Maria Virgine, & humanatus est: & crucifixus est pro nobis sub Pontio Pilato: & passus est: sepultus est: & resurrexit tertiâ die: ascendit in cælos: & sedet ad dexteram Patris; iterum venturus cum gloria judicare vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum & vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum & conglorificandum: qui locutus est per sanctos Prophetas. In unam catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum Baptisma in remissionem peccatorum. Exspectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri sæculi. Amen.

SYMBOLUM.

quod ad Missarum solemnia cantatur

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilibus omnium & invisibilibus. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis; & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus est: crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus, & sepultus est: & resurrexit tertiâ die secundum Scripturas: & ascendit in cælum; sedet ad dexteram Patris: & iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos: cujus regni nona erit finis. Et in Spiritum Sanctum Domi-

Dominum & vivificantem; qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

INCIPIT FIDES CATHOLICA
S. Athanasij Episcopi.*

Ex Pfat. Rom.

Ann. 1593.

* *Aliqui codd.*

addunt, Ale-

xandrini, vel,

Alexandriæ.

cod. Basilica

Vaticana n.

xi; Ab Atha-

nasio edita.

Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est ut teneat Catholicam Fidem:

quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur:

neque confundentes personas, neque substantiam separantes.

alia est enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti:

sed Patris & Filij & Spiritus Sancti una est Divinitas, æqualis gloria, coæterna majestas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.

increatús Pater, increatús Filius, increatús Spiritus Sanctus:

Omissis nonnullorum conjecturis ac divinationibus de auctore hujus Symboli; ex longa præscriptione multorum sæculorum, & inscriptionibus veterum codd. diligentius videndum, num hæc plenior explicatio Nicænæ fidei, sit velut Hypomnesticon quoddam sive commonitorium, ad Catholicorum instructionem contra varias hæreses, & Græcè & Latine primò confectum, de ijs quæ de Trinitate & Incarnatione, tum voce disputata, tum scripto decreta sunt in Concilio Alexandrino sub Juliano Augusto, præfidente S. Athanasio, præsentibusque ex Latinis S. Eusebio Episcopo Vercellensi, ac duobus Diaconis Luciferi Episc. insulæ Sardinia. Certè quæ Rufinus Libro X. hystoriæ Eccles. cap. 29. & epistola ipsa ejusdem Concilij apud S. Athanasium *epist. ad Antiochenos* scribunt, si considerentur attentius, verbatimque expendantur, penitentium Symbolum hocce summatim repræsentare videntur.

immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus:

æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus Sanctus.

& tamen non tres æterni, sed unus æternus.

sicut non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus, & unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus:

& tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus:

& tamen non tres Dij, sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus.

& tamen non tres Domini, sed unus est Dominus.

quia sicut singillatim unamquamque personam, Deum ac Dominum confiteri Christianam veritatem compellimur: ita tres Deos aut tres Dominos dicere, Catholica religione prohibemur.

Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre solo est, non factus nec creatus, sed genitus.

Spiritus Sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus nec genitus, sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filij: unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.

& in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil majus aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales.

ita ut per omnia (sicut jam supra dictum est) & unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse, ita de Trinitate sentiat. Sed necessarium est ad æternam salutem, ut Incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat.

Est ergo Fides recta, ut credamus & confiteamur, quia

quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius,
Deus & homo est.

Deus est, ex substantia Patris ante sæcula genitus :
& homo est, ex substantia matris in sæculo na-
tus :

perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali
& humana carne subsistens ;

æqualis Patri secundum Divinitatem, minor Pa-
tre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit & homo, non duo tamen sed u-
nus est Christus ;

unus autem non conversione Divinitatis in car-
nem, sed assumptione humanitatis in Deum ;
unus omnino non confusione substantiæ, sed uni-
tate personæ :

nam sicut anima rationalis & caro, unus est homo :
ita Deus & homo, unus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra : descendit ad infe-
ros : tertiâ die resurrexit à mortuis :

ascendit ad cælos : sedet ad dexteram Dei Patris
omnipotentis : inde venturus est judicare vivos
& mortuos.

Ad cujus adventum omnes homines resurgere ha-
bent cum corporibus suis ; & reddituri sunt de
factis proprijs rationem.

& qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam : qui
verò mala, in ignem æternum.

Hæc est Fides Catholica ; quam nisi quisque fideli-
ter firmiterque crediderit, salvus esse non po-
terit.

Oratio.

Cod. Vatic.
84.

OMnipotens sempiternæ Deus, fac orthodó-
xam Fidem intemeratâ semper cordis credu-
litate orisque professione servare ; ac congruâ ei-
dem nitidos actione, tuæ perenniter claritatis vi-
sione lætari. Per Dominum nostrum Jesum Chri-
stum.

Oratio.

Ex antiquis
Pſalterijs te-
ſte RATHERIO
Epiſc. Veronenſi inſtine-
rario.

SALVA nos omnipotens Deus : & per merita & interceſſionem ſanctæ Dei genitricis Mariæ omniumque Sanctorum , eſto nobis propitiuſ & clemens ; concedſâque veniâ peccatorum , da nobis deinceps velle poſſe & perficere quæ tibi placent , & nobis expediunt . Da nobis in tribulatione ſolatium , in perſecutione auxilium , in omni tentatione virtutem . Da nobis de præteritis veniam , de præſentibus quoque malis emendationem ; atque de futuris largiri nobis dignare cuſtodiam . Per.

DEO GRATIAS.



er men-
nitricis
o nobis
ia pec-
offe &
xpédi-
m, in
atione
chiam,
ndatio-
ignare

